

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE VI-

CTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS

COMMENTARIUS SECUNDVS.

ARGUMENTVM.

Exemplo doloris lateris agit de ui, ac usū fomentorum, deinde de repentina tum in uictu, tum in reliquis rebus mutatione fuisse latejs pertractat.

† *Exemplum eiusdem*

Ateris dolorem sine is per exordia fuerit, sine posse a obortus sit, tentareſ {calidis fomentis} dissol-

B uere, non abs re exsilit.

Vit q. aph. in proh.

Quod à me saepius est enunciatum, ad memoriam & nunc id reuocare est

melius. Nempe quod exponuntur explananturq; que obscuritatem habent di-

ctiones: neq; tamen expositores id tantummodo in commentarijs faciunt, ve-

rum quoq; & ea quae dicuntur in libris in quos commentaria parant, astruunt

& demonstrant. Ob eum igitur morem cogor ego, & his consentire quos non probo. atq; se-

penumero ad ea quae explicacione gent, sententiam meam prodere, & efferre. Neq; tamen eo-

rum quae in huiusmodi commentarijs vera mihi apparent demonstrationes scribo, utpote qui

de his peculiariter in eorum vnoquoq; scripserim: sed solas earum quae cæteris in tractationibus

demonstratae sunt rerum summas ad memoriam reuoco. quod & hoc loco in mentione doloris

sum facturus. De doloris ergo generatione diximus quidē libro de elementis fm Hippocratis

mentem: diximus etiam & in libris quos de symptomatum causis fecimus, q; dolor in lensilibus

fiat corporibus, cum ea ipsa in id quod præter naturam est, subito simulq; transmutantur. Prä-

terea & quonam pacto transmutatio ea bifariam fiat, corporibus huiusmodi alias tum subito

simulq; tum violenter secundum qualitatem alterascentibus, alias vnitatis dissolutione. Alte-

rantur aut subito simulq; ab efficientibus qualitatibus, cum & calfiunt, & refrigerant, & siccant,

& humectantur. Verum vnitatis dissolutione corrupiturq; vbi corpora illa vehementer vel

distenduntur, vel comprimentur. Ad hunc igitur modum dolor lateris in pleuriticis affectibus, de

quibus agit Hippocrates, ortum habet. Nam phlegmone illis in locis præ caloris qui præter

naturam est copia, partes eas quae phlegmone oblidientur, per distem perantiam contristat,

& relectione distendit. Primo autem auxilio si dolor is vel sanari, vel mitigari fomentis calidis

possit, tentandum præcepit Hippocrates. Nempe fomenta calida cutim ipsam ad perspirationes

rariorem efficere, phlegmonesq; sanguinem tum tenuare, tum per halitum digerere consueuerunt.

Quae si facta fuerint, non solum sanguinis aliquid euacuabitur, verum quoq; & affecte que

minus distenduntur partes, mitius exinde & mansuetius dolebunt. Atq; sanguis in phlegmo-

ne non diminuitur, vel etiam spiritus vaporosus ex calore generatur, tunc dolorem augeri

contingit. Sanguis autem non diminuitur propter eam quae in toto corpore est, humorum

redundantiam. Nam pars quae calore afficitur, plus trahit quam evaporet. Nempe quae cal-

fiunt, suapte na tura haec vt quod vicini continentur partibus digerunt, sic & quod redun-

dat ex propinquis trahunt. Cum igitur fomenta calida dolorem non soluerint, corpus totum

in signi aliqua vacuatione prævacuabis. Vacuatio autem insignis in morbis acutis, aut per ven-

D trem, aut per venæ sectionem fit. Quarum alteram assumi præcipit Hippocrates, scoposq;

eius quae præsidio magis esse possit edocet. Summa ergo præsentis narrationis haec est. Ve-

rum quae particulatim ab eo dicuntur, & quae multis tum obscura, tum ambigua existunt, in

sequentibus explanabo. Multis dixi, quoniam his quise in dictiōibus antiquis intelligendis

exercuerunt, pauca omnino obscura sunt. At in hisce commentarijs intentionem non eo tan-

tum dirigimus.

2 Fomentorum calidorum probatissimum est aqua calida, uel in utre, uel in uesica, uel in uascolo aut aneo, aut te-

staceo posita.

Fomenta calida proculdubio vocat, quae corpus, quo quis modo calfaciunt. Quorum alia pro-

fus humida, alia siccata, & alia ex vtrisq; mixta. Mordentia præterea alia, & alia mordendi facultate

carentia, & ex ijs commissa tertia. Primum igitur horum genus, cuius in dictione meminit,

morsu caret, atq; humidum existit. Secundum ex vtrisque siccō & humido, mordenti & morsu

priuato commissum est. Tertium autem siccum quidem, sed vel mordens vel morsu carens.

Quod si & affectiones quae vnoquoq; dictorum generum egent recensuillet, orationem pro-

Septima Classis,

ppppppp iiiij fecit

*Vit q. hoc qab. 3. epid. sec
76. 6.*

*Vit q. 3. epid. part. 3.
com. 7. 8. 12. 1. com. 9.*

1. ror. io. 12. ii.

Gal. in lib. Hipp. de vict. rat.

fecto suam tanto perfectiorem melioremq; quanto & legentibus ipsis utiliorem, fecisset. Sed quia non recensuit, propterea neque id recensere necessarium erit nobis qui doctrinam alterius explanamus, non nostram persequimur. At vero quoniam partes meae sunt contra quam expostores ceteri agere. (Nempe illi suis in enarrationibus sophisticis, que discentes ipsos ad finem artis nullo pacto iuuare possunt, superseminant quæstiones: ego autem semper quæ commodissima sunt prosequi molior) ob id & nunc doctrinæ Hippocratis prætermissa quidem ab eo, sed quæ toti sententiæ dogmatique atque vniuersalibus præceptis quodam accedunt cōsequio, adiçere non cunctabor. Quanam igitur ratiōe fotus (græce ἄνθεια) omnis doloribus sœpiuscule adiumento sit, prius dictū est. Dicunt quoque & de his est doloribus, qui à fotu nullo pacto, nisi prius vacuato vniuerso corpore, iuantur. Verum cū hæc fotibus oibus cōmunita sint humidit quidē phlegmonis his quæ à bilioso succo facta sunt, opitulanūt. Sicci vero ijs quæ à tenui aquosoq; sanguine exortæ sunt. Perpetuo siquidem contraria contrariorū esse remedia meminisse oportet. Hoc igitur scopo fotus morsi carentes aduersus mordentes succos profundit. Mordentes vero quod tenuerint, contra crassos viscososq; valent humores. Eam ob rem quisnam in ea quæ phlegmone obsidetur parte euincat humor obseruabis, ab ijs quæ retuli auspicatus: ætate, s. labo ranti, naturali temperatura, anni temporibus, locis, & vita antecedente: & si phlegmone videatur, ex ijs quæ ipsi tum in colore tum in magnitudine, tum in duritate, tum in mollitie, contigerint. Et si pleuritidem vel peripneumoniam curauerint, ex ijs quæ spundo excernuntur. Verum cum prefata omnis dignotio coniecturalis sit, & non scientifica, non certa compertaq; præsertim ubi in corporis imo sita sit, quæ dolore afficitur particula, ab his inchoare te oportet, quæ quād cetera magis auxilio esse tibi videbuntur. Quod si nihil præsidij tuleris, ad alia etiam te transferre conueniet. Dolore autem non sedato, ad saliam totius corporis accede evacuationem. Videtur ergo Hippocrates ab eo incepisse fotu, qui periculo omni vacat. Is autem est qui minime mordet, humidusq; existit. Nempe tametsi nihil aduersus malum fecerit, non tamen magnum, & insigne afferet detrimentum. Cæterum fotus qui ex aceto, vel orobo, vel sale fiunt, nisi propitiām conuenientemq; consequantur affectionem, non solum non salutares erunt, verum quoque & malum augebunt, ut pote qui forte efficacemq; habeant facultatem.

Verum prius molle quippiam lateri ut & mitior & iucundior fotus fiat, supponere oportet.

Postea quād in vtre, vel vesica, vel vasculo aut æneo aut testaceo positam aquam lateri exhiberi præcepit, hac in dictione prius molle aliquid supponi ijs quæ lateri tum quadrare tum coherere debeant, ut nullo pacto angat, prorsusq; iucunda sit eorū quæ exhibent applicatio, p̄cipit Hippocrates. Cuiusmodi fuerit lana mollis, vel linteū multiplex, vel quippiā eorū quæ tum tenera tum mollia existunt. Sed paulo post de eo q; per spongiam fit fotu agens, nihil supponi iubet.

Vtius autem & spongiae mollis magnæq; atq; ex aqua calida expressæ applicatio. Sed fomentum linteo uestendum ut uis eius plæsculo sufficiat tempore permaneatq; atq; simul ne halitus ad laborantis spiritum feratur, nisi forsitan & id prodeesse aliquando uideatur, nempe interdum prodest.

Cætera quidem quæ in dictione continentur, liquida manifestaque existunt: sed de halitu est discutiendum, qui multum & laedit & contristat, non spirandi difficultatem caloris incremento solum proritās: sed pulmonis angustiam, qua ob repleteum qui humidus est halitum afficitur. Solis igitur laterum doloribus tum siccis, tum quibus nihil expuitur, idonea est halitus inspiratio, plus auxiliij q; noxæ afferens. Hoc igitur in loco scriptum est primum fotus genus. Mox ad secundum sese conferens inquit.

Præterea & hordeum & eruum in aceto ita diluto ut paulo acidius sit, quād ut quis bibere possit, madefacta perfusā, & fermentata, atq; in sacculos conicē lateri apponuntur, atq; ad hunc modum fufra.

Hordeum eruumq; non semina quæ integra sint, ex aceto & aqua excoquere præcipit, sed prius concisa cōminutaq; constatq; Hippocratem velle id ex verbo hoc δίκυτα. δίκυπ siquidem madefaci & perfundo significat, atq; aliter ex actione ipsa certior fies. Nempe hoc pacto tum blandior tum efficacior erit fotus, furfur deniq; & hoc pacto parare præcipit. fotus autem huiusmodi priore efficacior virtute aceti redditur. Quod si & ex orobo paretur, conferat sanè & is nō parum. Nēpe eruum crassos humores tum secare, tum confidere, tum euaporare potest. atq; ob id fotibus huiusmodi vtemur ubi crassos viscososq; humores in ea quæ phlegmone obsidetur parte collectos suspicabimur. Tibi autem sanè id cōstabat ex antecedente viatu, si humores huiusmodi pdurserit, anni temporibus, & locis, & ætate. Præterea & si beneuoli hi mansueti, quos prius memorauimus, fotus nihil præsidij attulerint. Nā ubi de corporis totius repletione distinxeris, cū videlicet neq; huius notæ apparuerint, neq; beneuoli mitesq; hi fotus quippiam iuuerint, sicutorum existimabis crassitiem, quæ in halitum soluitur, flatuosumq; spiritum, qui ob denegatum exitum contristat grauatq;. Flatū ergo hūc parientesq; ipsum humores, præfati discutiūt fotus, & potissimum qui ex eruo parant. Præterea & sermonē percurrens Hippocrates, manifeste simul & optime

A & optime metricam acetum ad aquam temperaturam memorauit. Nempe acetum ita dilutum esse oportere inquit, ut paulo acidius sit, quam ut quispiam biberit, vt. s. & acrius ob mordendi facultatem, & aquosius propter operationis ignauitatem vitemus. In incidentis igitur atq; per halitū digerendis tum crassioribus tum viscosioribus succis, aquoso oxydato congruentius fuerit quod acrius. Sed quoniam medicamenta huiusmodi non tolerant quæ phlegmone obsidentur partes, ob id medium vtriusq; exuperantiae temperiem fecit. Hoc tibi sit secundum fotuum, quos ab initio trifariam separavimus, genus.

6 Siccis ex fomentis maxime conueniunt quæ ex sale milioq; frictis torrefactisq; atque in sacculis conclusis parantur. Lene siquidem quippiam & benevolum incundumq; est milium.

Ad tertium fotum, quos ab initio distinximus, genus sese transfert Hippocrates, mentionem milij & salis faciens. Est autem communis vtricq; siccas: sali vero peculiariter inest siccas, milii autem mortuus caret.

7 Fomentum huiusmodi, & dolores ad claviculam & humerumq; pertinentes soluit.

B Exadiectione huius coniunctionis, & ostendit & dolores alios soluere vrpote eos qui ad hypochondria pertinent.

8 Seclio autem non similiter soluit dolorem, nisi is ad claviculam pertingat.

Sectio, inquit, venæ scilicet, quam non similiter soluere inquiens, auxiliari & ipsam non negavit. Sed de huiusmodi auxilio, in sequentibus fusius, latiusq; scribit.

9 Verum si fomentis dolor non soluatur, non dantur calefacito, siccatur enim id pulmones, atq; ad suppurationē excitatur.

Fomenta varia, alia quidem humida, alia sicca, & alia mordentia, aliaq; mordacitate carentia, vbi percurreris, si ab horum experientia facta dolor non leuetur, totum corpus vacuabis à fomētis desistens, cum pulmonem exsiccant, & suppurationem excitant. It autē suppuratio huiusmodi, lateris inflammatione non exhalante, sed in pus transente, mox pure ipso in medium thoracis pulmonisq; regionem confluente.

10 Si nero dolor ad claviculam pertigerit, aut molesta sit uel brachio, uel mamma, uel partibus septo transuerso superioribus gravitas, internam cubiti uenam secare expedit. Necq; ut copiose sanguis detrahatur, est cunctādum, sed consenserit, donec rubidior multum, uel pro puro rubidoq; lividus fluxerit. Nam utrumq; contingit.

C Aliquid cod. addunt, & fluvior. Aliquid cod. addunt, & fluvior.

Pro eorum qui inflammationem pariunt humorum vergentia inclinatione q; vacuationes facit Hippocrates. Nempe quod dicitur, Quò natura vergit, per loca conferentia eo ducere, Id verissimum existit. Contingit autem interdum id ob differentiam partium eius quæ costas succingit membranæ. Nempe superiores ipsius partes, cum inflammat, tū ad humerum & brachiumq; & mammam condolentiam extendunt. Inferiores vero ad septum transuersum & hypochondriū. Cum igitur superiorum condolentia signum fecerit, venam in cubito secare cō oportet, quæ sanguinem ab affecta parte & magis & velocius tum reuelleret, tum vacuare poslit. Verū si partibus infernis affectus cōsenserit, purgatione vacuare expedit. Recte autem gravitatem circa brachium esse, & non dolorem dixit. Nempe q; hoc i loco sanguis magis aceruetur, repatq; signum est gruitas quæ ex multitudine fit. Tensiones autem & in sola affectus participatione fieri consueunt: cum videlicet partes ijs quæ inflammantur attiguerit citra sanguinis redundantiam tenduntur. Ob id igitur sanguinem redundantem secta interna vena vacuandum præcipit. Sunt autem in interno cubiti articulo plures quas secare confueuimus venæ, de quibus abunde quidē in anatomiarum tractationum tertio, atq; in alio libro qui seorsum de venarum arteriarumq; sectione scriptus est, diximus. sed impræsentiarum de ipsis summatim agemus, ab initio ducentes orationem.

H Vena cava ex gibba hepatis sursum ad dextram cordis aurem sanguinem ferens, partibus quidem interiacentibus exiguum ipsius distribuit, sed cordi ipsi plurimum elargitur. Deinde ab eo tanquam ab initio progressa ad collum recto festinat tramite, atque in duas rectas scindit in thoracis parte venas, easq; insignes, quas iugulares vocant, propagantur autem ab ipsa prius, quam ad cor ipsum pertingat, insignes quidē venę ad septum transuersum: parue autem ad inferiorem thoracis partem quæ octo costis constat, contendentes. Pars autē hæc ab una quæ coniugio caret, nutritur vena, quæ in quibusdam animantibus supra cor adnascitur. i quibusdam vero, vt in hominibus, ex ea emergit parte, qua iam cordis aurem vena cava tagit: hinc siquidem emergens, humilius depressoq; per cor defertur, atq; in spinam cōtorquetur. Vena igitur quæ ad inferiorem thoracis partem defertur, vtrinq; costis octo ad septum vlcq; transuersum distribuitur. Ceteræ autem sublimiores thoracis costæ quatuor ab alio venarum nutritiuntur coniugio. quod à vena cava propagatur prius, quam ea in iugulares scindatur. Ab his igitur duabus venis deinceps sunt quæ ad manus per axillas pertingunt. Verū quæ humerariæ appellant, ab ipsa cava postea quam in iugularias fistula est, vtrinq; vna iam thoracem extra progignuntur, habentq; radices ijs

Gal. in lib. Hipp. de viet. rat.

ces ijs quæ in superficie extat iugularijs communes Aiugularijs siquidem quæ in superficie extant, ut partes ferè omnes tum collum capitis in superficie constitutæ nutrituntur: sic & à iugularijs altius profundiusq; latentibus partes omnes altius profundiusq; latentes ali contingit. Verū quæ circa scapulas atq; circa dorsalem medullam quæ est in collo, existunt loca, venas habent quæ ex inferioribus præfatae radicis communis partibus ad ipsas ascendunt. Cōmunem dico radicem quam proxime dixi & ijs quæ in superficie constitutæ sunt iugularijs & humerarijs communem esse. Non immerito igitur humeraria superiores clavicularum partes, easq; quæ in collo & capite existunt, tū magis, tū velocius evacuat. Axillaria vero thoracis partes, & magis eas quæ in sublimi sitæ sunt, præfertimq; in hominibus ipsis. Nempe infernas demissasq; omnes vena una altera nutrit, quæ sub corde à vena caua procedit. Ex sinistra autem parte venæ illius quæ infernas thoracis partes alit, atq; ad costarum radices prona fertur, adusq; septum transuersum singulis intercostalibus spatiis tum sinistris tum dextris ramī distribuuntur. Verum quod reliquum ex ea est, septum transuersum penetrat, primisq; ab eo corporibus dispensatur. Ceterum quæ per axillas ad manus feruntur venæ, proximas ijs quæ sublimes quatuor thoracis alunt costas, radices habent, suntq; quām quæ per humerum ad manus contendunt, longe maiores, ascēdunt autem ad internam brachij vtriusq;: atq; cum per ipsam proné feruntur, musculis ipsis qui inibi situm habent, notabiles disp̄sent ramos. Verum cum ad cubiti articulum prope venerint, venas brachij internas ad ipsius cubiti ossis nodum, qui hic positum habet, producunt, quicquid vero reliquum est, bifariam scissum diuisumq; per cubiti flexum defertur, parte ea quæ in superficie cōstituitur, venam eam quæ in eo cubiti flexu secatur, efficiente: penitio vero eam quæ cum arteria diuiditur. Secatur quoq; & vena alia in cubito obliqua, veluti & ea quæ in vtraq; manu una est humeraria non exigua portio. Nempe & humeraria ipsa per brachium subter cutem conspicue percurrentis in ipso cubiti articulo qua sublimiores extant partes, figurata. s. vt Hippocrates in libro de fracturis docuit, manu, diuiditur. Quæ igitur sublimior venæ ipsius à fissura portio per externa cubiti loca defertur, ea post fissuram ipsam secatur, qua primæ vñi radici è directo maxime respondet. Eam ob causam & sublimiora clavicularum loca citissime evacuat. Portio autem quæ in cubiti flexum oblique fertur, minus quidem ea, sed ceteris magis eas evacuat partes. Pars vero quæ ab interna notabili vena oblique etiam fertur, minime quidem præfatas vacuat partes: verū maxime thoracis superiora, & q; radices tum eius quæ per axillam ad manum fertur, tū eius quæ superiores thoracis alit partes vicine admodum existant. Secare igitur hanc iubet Hippocrates prius q; vñi quæ ex humerarie fissura prouenit, presens sit, inseraturq;. Que si aliquando non comparuerit, vice huī us secamus aliquā ex internis quas rectā in os cubiti sidere mergi, didicimus. Quod si & eē non comparauerint, accedimus ad eam quæ ex præfatarum duarum venarum obliquarum insitione progignitur. Verum & cum ea interdum non apparere possit, humeraria apparente, seca humerariam, qui scilicet vacuationes ab vniuerso animalium corpore fieri noueris, quāquam nec celeriter, nec similiter ex vena omni fiant. Nos vero partem eam quæ phlegmone oblidetur, tum celeriter, tum quām ceteras partes magis in acutis præsertim morbis vacuare contendimus. Quod sanè interna cubiti vena facit, multoq; magis vbi sanguinis redundantia ad Superiora vergere videatur, aut superiores thoracis partes affectae sint. Nempe in eo malo tum brachium tum mamma graui solent. Verum quæ partes thoracis inferiores prope septum transuersum infestant phlegmonæ, non abs re dolorem ad hypochondrium transmittunt. Quo fit ut dolores huiusmodi non admodum iuuet quæ in cubito fit vacuatio, corde, s. medium occupante. Nēpe venā quæ inferiores thoracis alit partes sub corde emergere nup audiuisti. Dicta quidem mihi hæc sunt super eo quod ab Hippocrate bene scriptum est, de secunda. s. interna cubiti vena. Sed q; vacuadī sanguinis terminum coloris mutationem posuerit, deinceps est disserendum. Quicquid ergo sanguinis in phlegmone continetur, id caloris abundantia colore permittatur: reliquum autem in partibus omnibus simile manet. Eam ob causam sanguine qui in totum spargitur corpus pituitosio exsistente, rubicundior sanè erit qui in eo quod plegmone oblidetur late continetur. Quod si sanguis in corpus totum diffusus, rubidus fuerit, is proculdubio qui ad phlegmonem est adustus astatusq;, in nigrum permutabitur. Lividus autem in ea quæ fit a rubido ad nigrum transmutatiōne medium obtinet. Coloris igitur mutatio sanguinis ex particula inflamma translationem sufficienter commonstrat. Vacuationis igitur modum mensurāq; quæ affectui peculiaris sit, diximus. Sed si interdum virtus tantum vacuare prohibeat, parti ipsi quæ phlegmone obessa est, minus quidem futurum auxilium scire oportet. Sed melius est virtute nō exoluere, quām sanguinem vacuare redundantem.

st. c. p. 1. 4. - 16.

Si uero eas quæ sub septo transuerso sunt partes dolor infestat, nullumq; ad clavicularum signum fecerit: uentre nigrum ueratro, uel peplio mollire oportet. Sed ueratro nigro uel daicum, uel seseli, uel cymimum, uel anisum, uel aliud quippiam boni odoris miscebis. Peplio uero silphij succum, quanquam & hæc inter se mista non dissimiliter agant. Ceterum ueratum nigrum tum melius tum ad indicationem iuuantius quām peplum uentre soluit, sed peplum flattum magis excutit. Dolorem preterea ambo hæc sedant. Sedant quoque & alia que expurgant medicamenta. Verum

11
* At. felinon id est apium.

Arum omnium quae nouerim uiderimq., hæc potissima existunt. Nempe & quæ in sorbitonibus dantur purgantia medicamenta soluere possunt, quæ cunctæ scilicet non ualde insuauia existunt, uel propter amaritudinem, uel aliam quamquam inuicundatatem, uel quantitatem, uel colorem, uel suspicionem aliquam }.

Quod medicamenta purgantia per experientiam inueniantur, & quos nā expurgent humores, & si omnino purgent, in libris de simplicium medicamentorum viribus dixisti. Quod vero purgationis necessitas sit, si redundantes humores deorsum repant, est quoq; ratione scitum animaduersumq; sed id testimonium ratamq; fidem ab experimentis habet. Edocuit autē Hippocrates facultatem medicamentorum quæ in huiusmodi affectibus propinat: veratrum quidē nigrum κρισιμότερον. i. ad iudicationem iuuantius vacuare; peplum vero fatus magis excutere affirmans. Quæ autē ab Hippocrate κρισιμότερον, id est ad crism iuuantiora dicuntur, ea morbi iudicium faciunt magis, quod facultate verbo huic φέλιμότερον, id est iuuantiora, idem existit. At cum purgantia omnia medicamenta ventrem, præsertimq; os ipsius, q; maxime tum neruorum tum sensile existat, afflignant laedantq; ob id eorum quæ boni sunt odoris mistio excogitata est, ne sola synceraq; purgantium medicamentorum virtus os ventris tāgat. Permissa quoq; inter se tum peplum, tum elleborum δυοιότερον, id est modi similis, esse ait, quod est facultatibus cōuenire, & in nullo controuersia esse. Nā & in purgantium medicamentorum permissione controuersia est, non quando aliud quidem bilis, aliud vero pituitæ excretorium fuerit, (Nam eodem tempore vacuari tum bilis, tum pituita possunt) sed quando aliud quidem protinus, aliud vero longo à propinatione tempore purgationem mouere natum sit. Nempe hoc pacto inæqualis, & eorum quæ simili igitur sunt fit vacuatio, inæqualem dico cum iam altera quidem desinere, altera vero incipere videatur. Nēpe quod citius purgare consuevit medicamentum, id & ex alio quippiā simili vacuat. Quo fit vt quod exiguum ipsius relinqtur, imbecillius reddatur, & lōge tardius suam inchoet purgationem. Prefinita igitur vacuationis lege simile est elleboro peplum, potestq; elleboro similiiter nigrum subducere humorē. Cetera tum dictiōnis huius, tum sequentium patent. Considerare igitur haec atq; in memoria tenere nos oportet; sed non perpetuo in pleuriticis vt debemus, ad memoriam reuocātes Aphorismū illum vbi dicitur, In acutis morbis raro, & in principijs, purgantibus medicamentis est vtendum. Vbi igitur (inquit) non solum acutus morbus fuerit, cuiusmodi est pleuritis, verum & cum febre vehementissima, multo magis vitanda est purgantis medicamenti administratio, atq; per sectionem venæ vacuandum magis, etiam si ad hypochondriū dolor finitur. Nempe & si minus quidem auxilium quām per purgationem sequatur, securius tamē multo existit. Immo nullum ex eo quod per venæ sectionem fit, periculum impender; eo discrimen maximum subeunte quod per purgationem tentatur. & potissimum si laborant naturam expertus quis non fuerit. Nempe alij difficulter natura purgantur, alij modico assumpto medicamento purgantur copiose. Quibus igitur dare quadrabit, his medicamenti tātum propina, quantum in plurimis mediocriter vacuari tum nouisti, tum sis expertus. Si enim hominis naturam non noueris, metus est ne plus iusto vacues, vel nullo pacto vacuationem moueas: aut si moueris, non tamen sufficienter vacues. Quæ omnia magnas in morbis acutis pariunt offensiones, quod non facile, vt in ijs qui non febricitantemendatur. Cum igitur febris vehemens non fuerit, naturamq; laborantis expertus fueris, ad medicamenti purgantis potum te conferes, ijs quæ ab Hippocrate dicta sunt, vel etiam alijs similis naturæ vius. Quo ē numero est quod ex colocynthide paratur medicamentum. quod ī ex vsu hicram vocant. Id sanè varijs parant modis: sed quod elleborum accipit, sc̄ commoniamq; non habet, id ijs qui medicamen subductorum omnino assumere possunt, optimum est.

D12 Vbi autem medicamentum ebit, p̄tisanam protinus sorbendam dato, neque in signiter minore quām consuetum est quantitate.

Et maxime quidem ventris ori, quod & stomachum vocant, vt in ipsis purgantium medicamentorum potibus, illæsum maneat, consulere oportet. præsertimq; vbi febrentibus tale quipiam propinatur. Verum præcipua ne offendatur, cautio est, si medicamentum quod propinatur, purum non sit: sed cum alijs quæ malitiā ipsius hebetare nata sunt, temperatum mistumq;. Nempe purgantium omnium medicamentorum natura, corporum quæ expurgantur naturis contraria est, atq; vt quipiam dixerit, letalis, & deleteria, id est pestilens: vt autem succi papaveris, mandragoræq;, & hyosciam, atq; aliorum huiusmodi multorum, quæ nobis & substantia & viribus aduersa corpus perimerre nata sunt, portionem exiguum assumentes, magnam percipiimus commoditatem: sic & purgantium medicamentorum, quorum natura corporibus nostris aduersa est, exiguum aliquam partem præcedentes ad suppetias ferendas utimur. Quo item modo in horum medicamentorum potu seminum aliqua quæ boni sint odoris miscemus, quæ & malitiā obtundere nata sint, & operationem ipsorum non prohibeant, tenuandi incidētiq; facultatem obtinentia, ita vt & craulos incident humores, & vias quibus vacuatio fiat, aperiant patenfacientq; sic & a sumpto medicamento p̄tisanam sorbere confert, Nempe purgans medicamentum

idem in 1. quos ex q̄ p̄ in fine. 3. fol. 89. c. Vi. & oribazū lib. 7. coll. cap. 25.

p̄ aph. 24.

vit ē in 1. quos ex q̄ p̄ oportet 5. fol. 89. A.

tum ipsum, tanquam exiguum sit, ad ventris quidem fundum peruenit: verum dum transit, stomachus & que cuncte ventris sublimior pars non qualitatem medicamenti purgantis modo: verum & substantiae que in transitu haeret, aliquid affumens, vehementer laeditur. Ptissimae igitur tremor superingestus cōmoditatem afferit. Nempe & detergere, & deorsum trahere quod viae adhaeret, & qualitatem medicamenti quod his adhaeret partibus, tum temperare, tum permutare potest. Ob eas igitur causas à purgantibus medicamenti potu, ptissimam superforberi præcipit. Sed ubi purgatio cœpit, ab ea vult abstinentem, purgantibus medicamenti operatione exoluiveritus. atq; ob eam rem ait.

*it ē Auncen. f. 9.
lib. p. cap. 5. H.*

Et quoniam ab re non est purgatione in media sorbitionem dare non conductit. At ubi purgatio desierit, tunc sorbitio detur, sed consueta minor deinde liberalius perpetuo exhibeat, si & dolor cessauerit, & nihil aliud obice fecerit. 13

Contra quam pleriq; huius temporis medici rem haec docuit Hippocrates. Nempe hi, ubi vacauerunt, copiose nutrunt. Hippocrates vero à purgatione, ptissimam minus ministrari iubet. Nam corporum que expurgata sunt, natura expurgatione agitata labefactaq; tolerare alimoniam non potest, neq; probe eam conficeret nisi omnino pauca fuerit. Purgatis igitur tantum cremonis primo exhibendum, quārum domare possint. Deinde paulatim lenisq; adaugere oportet, si & dolor vt inquit, cessauerit, & nihil aliud prohibuerit. Quod de dolore ait, est manifestum: sed nihil aliud prohibere, ad præfatas referre oportet, si intelligere volueris, distinctiones, in quibus demonstrauit quoniam pacto morbis acutis laborantes absq; sorbitionibus regere oporteat. Summa vero horum est, cum vel morbum ante iudicationem nulla sorbitione indigere sperabimus, vel in quibus summa est quæ phlegmonem facit cruditas.

Ratio autem mibi eadem est, si & ptissimae cremore utendum sit.

Tempus exhibendorum tum ptissimam, tum cremonis ipsius & antea simile esse demonstrauit, re una dūtaxat differentiam horum definiens. Nempe à cremore principium exhibitionis facit.

Melius siquidem esse dico ut protinus à morbi initio sorbere incipias, quam inanitis uacuatisq; uenis uel die tertio, uel quarto, uel quinto, uel sexto, uel septimo, si ante hoc tempus, morbus haudquaquam indicatus fuerit, sorbitionem inchoare.

p. aph. io.

Quod in aphorismis scripsit Hippocrates, id & impreuentiarum persequitur, in morbi omnis vigore, tenuissimo utendum victu præcipiens. Si igitur quinta die morbi vigor futurus sit, & æger solo uultus potu sufficere non possit, melius esse ait si protinus ab initio ptissimam dederis, & necq; tertio die, neq; quarto sorbitionem inchoaueris. Sic sanè & eos qui vel quinto, vel sexto, vel septimo sorbitionem inchoant falli circumueniriq; si ante hoc tempus morbus non fuerit iudicatus. Per iudicationem intelligo vt dixi non perfectam morbi mutationem solum: verū quoq; & effatu dignam transmutationem.

Preparationes autem & his tales siant, quales dictæ sunt. De sorbitionis igitur exhibitione, ita sentio.

Et quibus ab initio sorbitionem daturus sis, præparationem similiter fieri præcipit. Id est, siue sectionis venæ, siue clysmatis, siue balani necessitas fuerit, illudante faciendum iubet.

De potu quoq; qualemcumq; ex declarandis potatus quispiam sit, eadem omnino mibi est ratio.

Silaborantem potu solo citra ptissimam sorbitionem rexeris, præfatas quoq; præparationes te facere iubet. id est aut venam secare, aut clysmate vel balano vti.

it ē Auncen. p. 9. H.

Verum & medicos contra omnino quam oportet agere scio. Nempe omnes, languentes ipsos per initia morborum duos uel tres, uel etiam plures dies in media siccare, atque ita tum sorbitiones tum potus exhibere uolant, idq; forsan q; magna corporis mutationi magnam quampiam obijcere mutationem ipsi decens esse uideatur. Verum mutatione ipsa bene quidem habet, non modica, sed recte transferenda uenit. Iam autem & ciborum exhibito mutationis ratio nem maxime subit.

Medicos culpat Hippocrates qui languentes ipsos in absoluta ciborum abstinentia seruant: deinde eos protinus alij quidem ad sorbitionum, alij ad potuum ingestionem deducunt. Nō tam mentionem eorum fecit, qui cibos validiores ante morbi concoctionem ministrant. Consecuit siquidem vt antea dixi, iterum prætermis quæ maxima sunt erratis culpare minora, & eam quæ ex illis oritur demonstrare offensam. Qui autem ita transmutant, forsan (inquit) rationabiliter transmutare arbitrantur, in magna corporis transmutatione effatu dignam victus permutatione facientes. Quod sane bene eos existimasse ait, non tamen de transmutatione oī sed bene aliqua est putandum. De qua partim prædixit, & partim quippiam est dicturus, sermo- nia adstruens declinandas esse repentinas mutationes.

Maxime ergo laedentur qui tota uentur ptissimam, nisi recte transferantur. laedentur quoque & qui solo uentur cre-

19

16

H

+ Al. si modica
al. non mos
dicum.

Dictam

A Dicitam paulo ante subitam vi^ctus mutationem, qua primitis diebus in absoluta ciborum abstinentia seruatos languentes circa diem quartum nutrire incipiunt, maxime quidem nocere ait, si in ptisanam totam transferantur, minus vero si in cremorem, sed in iusta, id est ēlāxīsa, quod minimum indicat, offendit eos qui ad solos procedunt potus. Nempe ex magnitudine virtutis eorum quae offeruntur, magnitudo oritur offensae.

20 Oportet autem & ex sanorum hominum uictus disciplinam quae conferat, facere. Nam si sanis quibusdam tales uel tales cibi uariare uideantur cum in alijs quibusdam, tum in nonnullis mutationibus, quomodo & in morbis quibusdam & magis in acutis non ualde euariabuntur. *Vit. 2. 7. cōm. 10. 26. 22. 31.*

Incipit Hippocrates p̄fusatam ab ipso de vi^ctus sententiam demonstrare, arguens vna & eos qui contrario vi^ctus instituunt modo. Sed vt dilucidus conspicuusq; reddatur sermo, summā ipsius omnem p̄farsi melius esse mihi videtur. Est autem earum quae in eam rem afflumuntur sumptionum dignitas altera vniuersalis hæc. Si bene valentibus lesionem afferant repentinæ vi^ctus ad contraria mutationes, multo magis egrotantibus ipsis. Quod varijs etiam modis possumus interpretari, aliud in aliam transumentes dictionem, vt hoc pacto. In repentinis vi^ctus mutationibus qui sanis sunt ægris minus laeduntur, vel sic, Ægri sanis magis laeduntur, vel ad hunc modum. Detrimenta sanos minus quam ægros afficiunt. Et adhuc generalior hac. Validiores minus afficiunt, imbecilliores magis detrimēta. Licit & aliter vim sermonis interpretari aut ex eo quod per se & primum utile sit ad quod demonstratur: aut ex aliqua continentium ipsum vel dignitatem vel sumptionum. Talis quidem tibi sit per se creditibilis altera sumptionum (lemmata Græci dicunt) quas sane vocare cōfuerit Aristoteles dignitates, & vel proloquia, vel postulata. Sed alteram cui fides per experientiæ lucem accedit, deinceps audi. Sanos etiā repentina vi^ctus mutatio offendit. Ex vtracq; hac sumptione concluditur languentes à repentina vi^ctus mutatione laedi magis: sed multo magis qui acutis infestatur morbis. Hæc est vis sermonis. Verum Hippocrates alteram ex sumptionibus per se tum pr̄lus, tum creditibilius, protinus & citra structurā accipit. Alteram vero ijs quae singulatim per experientiam noscuntur, fide donat & auctoritate. Quod & sequens declarat oratio.

C Atqui q̄ uictiosus tum cibus tum potus semper sibi similis ad sanitatem tutior sit, quam si quis subito ad alterum uel meliore se transferat, facile discitur, intelligitur.

Vit. 2. 7. 33. cōm. 2. apk. 1.

Alteram sumptionum earum quae ad præsentis sermonis demonstrationem p̄stant, nūc ex multis particularibus exemplis astruere incipit, fidem ipsius in unam colligens sumمام, quae ta lls est. Magne & repentine præter consuetudinem mutationes non paruam sanis afferunt laesio nem. Quanquam sermo hic conspicuus sit, tamen si quippiam quod explanatione indigeat intercidere videbitur, ijs qui exercitati non sunt, in sequenti serie explanare non cunctabor. Nem pe hic cōmentarius proposito non horum modo qui in sermonibus sunt exercitati, verū quoq; & eorum qui exercitati nō sunt, tum liberalis, tum benignitatis plenus existit. Quod si quis p̄fatas disciplinas neq; didicerit, neq; expertus fuerit, aliud quippiam aga.

22 Nempe tum ijs qui bis die comedunt, tum ijs qui semel noxam infirmitatem parunt repentinæ mutationes: eosq; qui prandere non consueuerint, & prandent, statim infirmos reddit toto item corpore graues & imbecillos, & desides. Quodsi supercanauerint & alios alii leuitas exercet. Nempe uentriculus preter consuetudinem grauatur, superficie consuetus non bis tumescere, neq; bis cibos coquere.

Non solum q̄ in repentina consuetudinis mutatione valde laedantur, verum quoq; & quænam lesiones fiant, & quonam modo singulas emendare oporteat scribens Hippocrates, ob id sermonem prolixum facit, quomodo si dūtaxat q̄ in repentina consuetudinis mutatione laedantur ostenderet, ob id sermo illi totus breuis foret. Prima igitur consuetudinis mutatio, quam nūc exprompsit, est de ijs qui prandere non assueti pranzi ali quādo sunt. Ait enim tales & infirmos, & toto corpore graues fieri imbecillos item & desides reddi. Contingunt autem hec ipsis grauata ab alimento veluti à pondere facultate. Neq; enim imbecilla ea redditur propria ratione, veluti in cibi penuria fieri consuevit. Ob eam igitur causam hoc in loco sermoni adiecit totū corpus grauari ijs q̄ bis cibati sunt, eosq; fieri desidiosiores. Verum in assuetis prandere & non pranzi imbecillitatem quidem virtutis scripsit, sed grauitatem non adscripsit. Nempe & in talibus mutationibus imbecillitatem sua rōne virtus. Præterea cū desides fieri in p̄fenti vi^ctus mutatione afferat, in contraria timidos esse dixit, quasi opus omne perulos & uelutini opus aggredi veritos diceret. Nempe res ita habet. Nam qui ita se habent, virtutis imbecillitatem vere lentum trahit, ob id eas quas ante promptius obibant, obire non audent actiones. Quinetiam & ijs qui diminute cibatur, viscera videri pendere ait, eosq; tum calidum, tum χλωρόν, id est viride meiere. Calidum in quiens, id est solito calidius, χλωρόν vero, id est viride, iuxta morem quēdam Asiaticorum Graecorum, qui & nunc obseruat, ωχεος siquidem, id est pallidos quosdam vidētes, causam cur ita χλωροί, id est virides facti sunt, interrogant, χλωρόν & ωχεον, id est viride & pallidum nihil differre existimantes.

Vit. p. proga. 7. cōm. 2. 31.

Gal. in lib. Hipp. de iact. rat.

Vit p. & en. cap. iii. b.

existimantes. Vismq; quendam χλωρίαν, id est viridiorem dicunt. ωχρίαν. i. pallidiorem ita significantes. Est autem ωχρόν χρώμα. i. color pallidus veluti ignis, & color ωχρός vocatae, cuius prima syllaba acuitur. Ficq; talis color permista aquoso excremento pallida & amara & flava appellata bile. Nempe flauus color quantum à rubro in albiorem secedit, tātum à flavo pallidus. Scripsit & alia quædam symptomata quæ ita affectis sunt. De quibus cum ad eam quæ de ipsiis ē mentionem peruenierimus, agemus. Præsentem autem dictionem discutiamus. Quæ in non asuetis prandere contingere ait, his adhuc & hoc adiecit. Si autem supercenauerint, acidum ru-

rit et q. it simp. med. cap. ix. Etant. Quod autem ruetus acidifant & propter ventriculi frigiditatem, & propter pituitam sa-

ce & aph. com. p. ce & t. c. t. sym. cap. p.

et lib. 3. com. 14. b.

pius in eo aceruatam, & propter ciborum multitudinem, aut si pauci quidem sint, p. testate tam frigidorum, didicimus. Omnia autem præfatorum commune est calorem veitris ingenitum vincere à cibis, non eos vincere, neq; his præstare, neq; probe ipsos confidere posse, vt si modicæ flamme lignorum multitudinem supererueris, vel & citra multitudinem tum viridatum humida superposueris. Ceteris ita cibatis & atq; l. id est {alui laevitatem sive} humidam de iectionem fieri ait. Verum in exemplaribus non paucis non & atq; l. id est scriptū inuenies, sed & oī vte eo vocabulo ḡn̄t̄oī μὸν, id est projectum intelligamus corporis hominis huius qui ita cibatus est, corporis inquam ob cibi multitudinem & aōp̄v̄. i. grauiter molesteq; habentis, atq; implacidi inquietiq; dum in lecto iacet, & se se permutat. Ceterum q. circa dictionis finem {cibi confectionem coctioni similem esse} oporteat, manifeste ostendit, tanquam à calido fiat non siccо squalentiq; cuiusmodi est febrilis, sed {ab} humido vaporosoq; cuiusmodi est qui in animalibus secundum naturam existit.

Conuenit autem his permutationem æqua uirtute compensare. Dormire siquidem eos oportet tanquam noctem à cena, hyeme quidem citra frigus, & estate uero citra calorem agant. Quod si dormire nō queant, plures lente ambulando absoluant circuitus, neq; stent, nihil cœnent, aut pauca & innocua. Minus preterea bibant: sed meracius & non dilutum. {Magis preterea & is afficietur, qui ter die replebitur, ac etiam nullo magis qui crebrius, quāquam sint nō nulli qui ter die satiati facile ferant, utpote qui ita sunt consueti.}

Hoc in loco referre haec non erat necesse. Nempe docere proposuerat quoniam pacto repente consuetudinum mutationes non laedant, non autem quo tales laesiones modo curare oporteat. Verum quoniam Hippocrati hoc tentare est visum, propterea quæ scripsit persequemur. Maxime quidem his dormire ipsos plurimum iubet. & si dormire nequeant, plures lente ambulatione absoluant circuitus. idq; vt quamplurimi expositorum aiunt, post cenam: sed vt eorum quæ dicuntur sensus præcipit, post prandium. Nam oratio hęc tanquam noctem agant de somno meridiano non de nocturno dici expostulat. Preterea q. continuata est scriptum serie, vbi inquit. Si vero dormire non queat, plures lente ambulando absoluant circuitus, neq; stent, nihil perterea cœnent vel pauca & innocua: testatur Hippocratem velle eos à prandio dormire nō à cena. Duorum igitur alterum: Nam aut emendanda tanquam errati conscientia scriptio, atq; ita scribendum, Dormire siquidem eos oportet post prandium tanq; noctem agant: hyeme quidem citra frigus, & estate vero citra calorem: Velsi seruare volumus orationem hā à cena, intelligenda est hoc pacto dictio. Dormire siquidem eos oportet vt à cena ante dormiebat: sic & nunc post prandium tanq; noctem agant. Q. aut velit Hippocrates eos vel nihil oīo vel parce vel leuiter cœnare, sensus est manifestus. Ventrem siquidem vult requiescere, laborem q; quo grauatus afficitur resoueri, q. præter consuetudinem pransus homo fuerat. Hinc sequens est & minus bibere, sed non aquosum, nō dilutum. Nempe fluctuationem humiditatemq; & refrigerationem vitare oportet vbi à ciborum multitudine venter grauatus fuerit. Potum autem qui exhibetur, nō aquosum esse conuenit, sed ventris tum calfactoriam tum roboratoriam obtinere facultatē. Cetera quæ continuantur, liquida sunt & manifesta.

Præterea qui bis die cibū sumere consueverint, & nisi pransi fuerint, imbecilli, & infirmi sunt, timidiq; ad quodus opus, & cardialgici. Nempe bis uiscera pendere uidentur, calidum mingunt & uiride, id est pallidum, stercusq; exsiccatur, sunt quibus os amarscit, oculi cauantur, & tempora saliunt, partesq; frigescunt extreme.

Cetera quidem huius dictionis in eorum comparatione quæ præter consuetudinem pransis contingere diximus, sunt explanata: sed de reliquis nunc dicā. ἀφεδον, id est ἀποπτήμα, i. stercus ipsorum sive alui purgationem incendi exuriq; inquit, à calore scilicet assatam. Nempe corpus magis tum siccessit tum ignescit ijs qui consuetum relinquunt prandium. Alijs os amari- care ait, utpote ijs qui biliosiorem habent naturam, hisq; caui sunt oculi ab eadem qua excrementum aduritur causa siccelentes. Quod autem in amaræ bilis naturis vernaculus calor in id quod igneum est digrediatur, propterea & tempora saliunt, id est temporum arteria evidenter pulsant. Partes præterea corporis extrema frigidiores sunt, quod veter biliosis repleatur humoribus, quorum morsu atq; contristatione affectus, virtutē dissoluit, corporisq; extrema refrigerat.

Plurimi quoque horum qui pransi non sunt, cenare nequeant, qui si cenauerint, ventris gravitate afficiuntur: ac difficultius

E
+ Al. oīorū
και τά τάσις και
λουτένης ω>
χρας, i. velut
& color &c.
* in antiquis
legitur diuersis
ūt. i. cibatis,

F
+ τὰς πένθε
εῖναι πάρα
πλεονάει τὰ
σι, quod ali
vertunt cōcos
ditionem elixa
tionem sileme.

23

H

24

25

A difficultius cubant multo quam si pranssi fuissent.

Picrocholi natura præter consuetudinem impransi permanentes, cibos auersantur fastidiūtq; ventre scilicet male tum tractato tum afflito. Verum qui coacti cibum sumperint, grauantur: atq; ob id ἀνορτοῦσι, vt ipse inquit, id est male habentes in lecto permanent & traducunt.

26 Cum igitur talia ob dimidiatae diei uictus à consuetudine digressionem sanis contingant, neq; adiici quicquā neq; subtrahi commode uidetur.

Rursus inter exponendum quæ contingunt valentibus ijs qui subito consuetudinem permutterunt, sermonis summam obiter atq; veluti appendicem adiecit, cuius gratia omnia hæc exponit quæ sanis contingunt. Nempe ut constat, si bene valentibus vicitus dimidiatae diei permutteratio ade molesta sit, quo modo non admodum languentibus ipsis molesta erit. Deinde rursus ad explanationem eorum quæ sanis contingunt, reuertitur in sequenti dictione, quæ ita habet.

27 Qui igitur præter consuetudinem semel pastus toto die exinanitis uatis quantum consuevit, cenauit, si tunc impræsus laborauerit egræq; habuerit, atque assumpta cena tunc grauatus fuerit, multo magis cum grauari par est, quod si adhuc plusculis horis uenæ exinanite fuerint, atque repente cenauerit, magis adhuc grauabitur.

Quod ait huiusmodi est: Si qui præter consuetudinem impransus permanens minus consuetudo cenauerit, nocte grauetur: multo magis grauabitur qui solito plura est coenatus. Qui autem plusculo tempore exinanitis uatis repente cenauerit, magis adhuc grauabitur. Nempe qui impransi præter consuetudinem permanent, horum alij ad minus temporis inediā protendunt, alij ad longius interuallum. hos igitur grauari adhuc magis ait.

28 Quibus igitur præter consuetudinem uenæ sunt inanite, ij codem die uenient reficiendi. Vitent in primis frigus, calorem, & laborem. Nempe hæc omnia moleste feruntur. Deinde coenam solito minorem faciant, eamq; non sicciam sed humentiores, deinceps bibant, neque dilutum, neque minus quam ingestorum ratio posulant. Postero autem die pauca prandeant: ut accessione sensim crescente, ad consuetudinem redeant.

Vt eorum qui præter consuetudinem pranderunt detrimenta emēdauit, sic & eos qui quod semel duntaxat die præter consuetudinem ederunt, afflicti sunt, vult in primis vitare tum calorem, tum frigus, tum labores: hec nempe omnia moleste ferri ait. Adde quod & minus solito coenare ipsos iubet: quanquam pleriq; maxime contra agant. Nam prandere ob negotiū aliquod prohibitos volunt in cena & eam que in prandio omilla est assumere alimoniam, haud scientes quod egit quidem vere alimonia omissa corpus, sed ipsam confidere non possit ventriculus ob longiorem abstinentiam Iesus afflictusq;. Quinetiam Hippocrates vt alimonie minus vult exhiberi, ita & eam humidiorem. Nempe huiusmodi alimonia exiccatis tum ventri tum corpori vniuerso peculiare auxilium prestat. Roborare preterea & ventrem ipsorum iubet vini potu, neq; dilutum, neq; minus q; cibi proportio exigit potandum precipiens. Dilutum enim, vētris tonum seu robur exoluit. Minus vero quam cibi proportio expostulat, ventri arefacto inhabile existit. Postero tandem die ita affectos vicitui prospicere iubet, qui Hippocratis precepto consuetorum ciborum minus ingerere debeant: vt εἰ τροφαγών, id est sensim paulatimq; in pristinam redeant consuetudinem.

29 Talia uero molestius ferunt, qui parte superiore picrocholi existunt.

Iam & ego paulo ante dixi picrocholos, id est amarè bilis homines, subitariam eam que à viscera ad abstinentiam fit digressionem pituitosis difficultius molestius ue ferre. Bilescit siquidem D ocyus his totus tum corporis tum ventris habitus. Sed quare non simpliciter dixit picrocholi: at parte superiore: Nempe cum flava bilis, quam & pallidam & amaram nominant, superiori supernata ventri, iure optimo tales parte superiore picrocholos dicimus. Cum vero per sedem demittitur, parte inferiore picrocholos afferimus. Paulo siquidem rhetori, qui toto corporis habitu pituitofus erat, diebus singulis supernatabat flava bilis, primamq; ipsam vomebat à lauacro non paucam. Eudemus autem philosopho qui temperamento biliosus erat, per sedem demittitur: raroq; is (quanquam aliquando) pallidam vomebat bilem. Vt autem Pauli excremēta bilis exiguum habebant, ita & Eudemus multum. Qui igitur præter consuetudinem non prandent, si & toto corporis habitu, & superiore ventre picrocholi fuerint, his necessario contingunt que paulo ante dixit omnia. At qui ventre duntaxat superiore picrocholi existunt, his tolerantie difficultas similiter contingit: sed ex reliquis symptomatis alia quidem nullo pacto erunt, alia erunt quidem, sed moderiora. Prædictis quoq; & eos qui præter consuetudinem non prandent, timidos ad quamvis operationem esse, stomachi erosionibus, hoc est cardialgijs, affici, pēculia videri ipsis viscera, calidum & viride meiere, exurīq; excremēta. Alijs os amaricare, oculos cauari, tempora palpitate, & extrema perfrigere. Sed horum alia toto habitu picrocholis contingunt magis, alia autem superiore duntaxat ventre talibus. Atq; ob id ad quamvis operationem timiditas, extremorum

Vit i. t. scorp. cap. 6. p.
et in l. ase. med. cap. 77
et 6. t. san. uera. cap. 1.

Gal. in lib. Hipp. de viet. rat.

extremorum perfrictio, mictus calidus viridisq; deiectionum adustio, cauatio oculorū, & temperum saltus toto habitu picrocholis v̄su eveniunt. V̄trisq; autem pensilium viscerum opinio, & oris amaritudo. Nam ob insuetam abstinentiam, tum suspensa tum pendula percipiunt viscerā. Verum ob bilis exuperantiam picrocholis toto corpore os amaricat: nō q̄ affectio in ore magis fiat, sed q̄ sentiendi partem eam natura humorum discretoriam fecit. Venter autem magis quidem his exuritur, quibus ex hepate in ventrem bilis effusa supernatat, minus autem quibus deorsum mittitur. Nam his quidem intestinum proritat ad excretionem, illis vero stomachum mordet. Ob eam rem Eudemus diebus singulis, bis & interdum ter deieciebat. Paulus autem interdum nullo pacto excernebat. Nisi etenim intestina à mordente aliquo irritetur, vel copioso excremto grauatur, excretionis promptitudinem non accipiunt. Neutrum horum imprensis contingit, neq; enim mordentur intestina bile in os ascendeat, atq; illa non ordinet contristanteq;. Necq; grauitas his sit, qui nullo pacto comederunt.

Non assuetani autem cibi abstinentiam facilius omnino ferunt qui parte superiore pituitosi sunt, quo sit ut si semel die cibo utantur, facilius etiam ferant.

Prius quidem parte superiore picrocholos vsum cibi qui semel die sit, difficultus tolerare dicit. Nunc autem ad pituitos se transferens, pro cibī v̄su qui semel die sit, inediē meminit, ex habente manifestius detrimentum, ad minus noxiū translationem ex proportione facies. Nam si magis quidem laedi eos qui sine cibo totum præter consuetum permanerunt diem, æquū sit, minus autem qui non prandent, et pituitosi picrocholis cibi vsum qui semel die sit, facilius ferat: q̄ sane & inediā facilius ferat, palam est omnibus. Causa autem cur pituitosi facilius cibi vsum qui semel die sit, ferant, ex ijs quæ ante a biliōsis dicta sunt euadit conspicua. Nam bilis humor in ijs inedijs amarior redditur. Pituita vero temporis pcessu coquuntur, sanguisq; efficitur, neutrale in sanguinis substantiam redire valente. cum ex sanguine quidem plus calfacto flaua bilis generetur, ex eodem vero assato adusto atq; etiam ex crasto atra. Pituita autem generatione in pituitosis edulis sanguinem perpetuo antecedit: atq; generatione ipsius media cibi in sanguinem transeunt. Necq; hoc deterioribus tantum cibis contingit, verum & quibusdam eorum qui salubres admodum esse videntur: vt panī, chondro, semidalī. Ego sane eam quæ mihi optima esse videtur narravi conscriptionem. Nempe quod in ea docetur, per se verum est. atq; continuat cum ijs quæ ante dicta sunt habet seriem, qui optimæ explanationis sunt scopi. Non tamen in exemplaribus omnibus consimilem inuenies descriptionem, sed in alijs & alijs pugnantem. Cæterum aliter in libris fere omnibus reperitur dictio hæc falso sermone, & nullam quæ antedictis continuetur seriem feruare.

Potissimum sane & hoc argumentum q̄ maxime mutationes eorum quæ circa naturam nostram habitumq; continent, maxime morbos committunt.

Multa quidem apud Hippocratem φύσεως, id est naturæ nomen indicat, sed hoc in loco temperaturam significari quispiam existimauerit, veluti & partium ipsarum structurā compositionemq;, & v̄tu, id est habitum appellari, quo in structuræ genere continetur & bilis ad partes superiores fluctuat, & ad inferna deiecit, & viscerū tum suspensio, tum constantia stabilitasq;. Nempe cū venter magnus existit, viscera confirmat & stabilit, tametsi cibis vacuus destitutus q̄ fuerit. Verum cum parvus est, cibis quidem reservatus confirmat: vacuatus vero subsidentia relinquit. Hinc sit vt suspensa sentiant viscera. Quibus autem bilis flaua sursum natat fluctuantq;, ante est dictum, meatu qui bilem ipsam ex hepate ad id intestinum quod Graeci ἔκφυσι vocat, { quasi è ventre enatum dixeris, } defert structurā differentem habente. Nam interdum quibusdam portio aliqua ab ipso ad ventrem procedit, his quidem supernatat biliōsum excremētum: cæteris vero deorsum omnino volutur.

Non igitur intempestiue, neq; fortes vasorum inanitiones moliri, neq; cum morbi vigint, fero remq; habet, cibum dare, neq; repente hoc vel illuc in toto negocio quicquam mutare licet.

Dictio hæc præter ordinem scripta est, copulari siquidem debuit cum ea quæ scripta est ante: vt tota oratio talis foret: Talia vero molestius ferunt qui parte superiore picrocholi existunt. At non assuetam cibi abstinentiam facilius omnino ferunt qui parte superiore sunt pituitosi, quo sit vt cibī v̄su qui semel die sit, facilius etiam ferant. Non igitur intempestiue, neq; fortes vasorum inanitiones moliri, neq; cum morbi vigint, fero remq; habent, cibum dare licet. Nam postea quam sermonem quo magnas vietus mutationes ostendit sanos ipsos, non quo modo languentes laedere, complevit absoluteq; iure intulit cuius gratia mentionem de his omnibus fecit inquisiens. Non igitur intempestiue, neq; fortes vasorum inanitiones moliri licet. Quāquam autem & institutum etiam per relata sufficienter demonstrauerit: videtur tamen & ad alterum transire sermonem qui hæc commonstret, ex abundati testimonijs v̄tis. Principium igitur sequētis sermonis iure censetur dictio hæc, Potissimum sane & hoc argumentum q̄ maxime mutationes eorum quæ

vit. c. aph. sc.

* al' præter. A quæ circā naturam nostram habitumq; contingunt, maxime morbos committunt. Cui quidem dictioni continua fuerit quæ ita sequitur. Multa autem his germana eorum quæ ventri contingunt, atq; alia quis dixerit. Dictionem sanè hanc sum explanurus: sed nunc ad præsentem revertar quæ hanc habet mentem. Non intempestive neq; vehementer fame necare, neq; in morborum consistentijs vicitum ex inedia ad cibū oblationem permutare licet, sicuti neq; subito ad contrarium. Ex quibus sequitur talem instituendam vicitus rationem qualem is præcepit. Summa autem horum est, declinandas esse subitas repentinaq; ad contraria permutationes.

33 Multa autem his germana corū quæ uentri contingunt, atq; alia quipiam dixerit, ut exempli gratia. Cibos quibus uti consueverunt, facile ferunt, tamē natura haudquaque boni fuerint, similiter & potus. Cibos uero quibus uti non consueverunt etiam si mali non fuerint, moleste ferunt. Consimili modo & potus. *Vit. c. 2. ap. 50. cc. sup. ne. 2.*

Quæ similia congruetiaq; existunt, atq; vt quipiam dixerit, genere iuncta cognataq;, conseruit vocare Hippocrates ἡλφισμένα, id est germana: q; eorum quæ genere iunguntur & familiarissimi & genere omnium iunctissimi sunt ἡλφισμένα, i. germani. Nam propinquitates cætere his posteriores sunt, vt patrum matrumq; fratres sororesq;, & fratrū sororumq; filij filieq;, & quæcunq; id genus sunt. Cetera dictionis clara sunt. Nam demonstrat Hippocrates sermo, B nem eundem quem ab initio demonstrauit, cuius summa est. Consuetudo maxime potest, repentinaq; ab ea digressio corpora non parum offendit.

34 Si ergo multa præter solitum carnis deuoratio, uel allia, uel silphion, uel ipsius succus, uel caulis, uel alia consumilia, q; seorsum insignibus sunt predita uiribus, uentriculus quibusdam magis q; alia labores inferant, minus quis admirabitur. At iure admiraberis, si didiceris quantā mazā turbationem, tumorem, flatum, torminaq; mazam deuorare non assueto pariat, si præter consuetudinem ingesta fuerit, uel qualem panis ipse calidus deuoratus sitim inferat, & repentinam plenitudinem, q; tum exsiccet, tum tardè descendat. Et q; uaria inter se pariant purissimi consuetae pa-nes, si præter consuetudinem deuorentur, & mazā similiter uel arida, uel humida, uel tenax, qualiter item & polite afficiant, recentes quidē eos qui recentibus uti non consueverunt, & alię eos qui recentibus ex consueto utuntur. Ad hæc quid faciant uini, & aquæ potationes præter consuetudinem in aliud subito translatae, quid dilutum item uini, meracumq; repente pota. Dilutum, n. cum infirmitate humentem reddit uentre superiore, flatosumq; inferiore: Meracum uero uenarum palpitatem efficit, capitiq; grauitatem, & sitim infert. Præterea quid uinum albū nigrumq; præter solitum mutata; que si ambo uinos fierint, ualde alterant corpus. Quare dulce uinosumq; minus quis dixerit mirum esse non idem posse, ubi repentina fierit mutatio.

C Sermonis totius sensum intelligentiāq; vbi prius dixerimus, ad particulares quæ in eo sunt distinctiones perueniemus. Orationis igitur totius sensus talis est. Vicitus mutationem in eos qui insigni prædicti sunt virtute, tum cibos tum potus nemo qui laudentem corpora viderit, admirabis. Verum eam quæ fit neq; sine iesenione in cibos potusq; non insigni præditos virtute, iure quis admirabitur. Talis quidē est sermonis totius intelligentia. Sed, vt particulatum dicit, orationis totius principiū mentionem eorū facit ciborū qui forte velhementemq; habent facultatē: vt carnium deuorationis, alliorū, silphiū, succi eiusdem, & caulis. Nempe silphium totū forte habet facultatē, sigillatimq; luccus ipsius, & caulis. Verū hæc quidem simpliciter dixit, sed cū carnium deuorationis meminit, adiecit hoc verbum, multa. Nempe multa carniū deuoratio magnam habebit facultatē, mediocris vero non magnā. Quæ huic succedit dictione ad eos accedit cibos, qui nō magna constant virtute, mazam videlicet & panem vel calidum, vel frigidum, vel syncomiston, id est confusaneū. Quod vero panem non purum syncomiston appellat, constat & ex eo quæ ad purū est oppositione. Panem hunc homines huius temporis autopyron appellat, non discreto, s. furfuraceo, sed vnā cum syncera puraq; farina macerato consperloq;. Post hæc de polentiarum differentiationē mentionē fecit, recentesq; vocavit τωταίνιας Ionū voce vīus & antiquorū. Memorauit postea & vīi & aquæ potationes præter solitū mutatas: Meraciorē itē & dilutiorē potū. Quibus adiecit dilutū vīnū in ventre superiore πλάσθον. i. humiditatē infirmitatemq; facere, flatumq; in inferiore. Meracū vero palpitatiē tēporū, capitū grauitatē & sitim, idēq; caliditate: dilutū autē contraria, tum humiditate tum frigore. Mentionem quoq; & de vinorum ipsorum differentia fecit, ex his omnibus colligens qd in vniuersum ab initio ipsi propositum institutumq;, oīm. s. consuetudinis subitam permutationem non paruum corpori afferre detrimentum.

35 Ceterum partem hanc sermone contrario τιμωρητέον, id est iuuare oportet. Nempe his uictus mutatione facta est, corpore neq; ad robur ut cibos adiucere, neq; ad infirmitatem ut cibos diminuere oportet haudquaque permutato.

Verbū hoc τιμωρητέον opitulandū siue iuuandum indicat. Nec autem opitulatio alia sermoni huic fuerit præter patrocinū q; vera loquitur. Nempe cū ex duobus sermonibus vñus ipsi placuerit, alter vero aduersetur, & ei quidem qui placuit hucusq; est patrocinatus, nunc ad alterius patrocinū descendit, cuius sententia quis conuenire dixerit vt languentes ab insigni vicitus mutatione iuuentur, quando & corporis affectio in contrarium his quidē quiantea fani viuebant, nunc vero ægrotat, permutata sit. Sanè & in huius sermonis gratiam vniuersaliter antea est lo-

Gal. in lib. Hipp. de vict. rat.

E
ta si modica
at. o modicu

cutus his verbis, Transmutatio autem bene habet: {non modica}: sed ḡθῶς, i. recte transferenda venit. Deinde quid aduerbiū hoc ḡθῶs indicet, nō paucis ostendit, sed ad summā subducens colligensq; dixit, Non igitur int̄ēp̄tive neq; fortes vasorum inanitiones moliri, neq; cū morbi vigent feruoremq; habent cibum dare, neq; repente huc vel illuc in toto negocio quicq; mutare licet. Quare & ambiguitatem soluere iam anticipat, quām nuper enunciauit sermoni cōseniens. Adiūcietq; impreſentiarum aliquid cū inquiet, Coniūcere autem oportet & robur, & morbi cuiusq; sp̄ciem, & cætera quae his succedunt, quae in sequenti dictione explanabo.

*τρόπον, i. mos-
dum.

Coniūcere autem oportet & robur, & morbi cuiusq; sp̄ciem, hominis item naturam, atq; ægrotantis in uictu consuetudinem, non in cibis solum, verum quoq; & in potionibus.

Conuenienti in acutis morbis vicitus in ſtitutioni quam docuit, & roboris conſiderationem, & morbi sp̄ciem, præterea & hominis naturam, confuetudinemq; ipſius adiūcere iubet Hippocrates. Nēpe ſumma quā aſtruit eſt. Non permutedū eſte vicitus ſpeciem prius, q; ſigna coctio- nis maniſta ſint. Id aut̄ fiet ſi quoq; diebus ad vigorē morbus venturus ſit præcognoueris. Ve- rum cum vicitus, quē maniſtabo, pro maioris minoris ueratione permutari poſſit, q; laboran- tes inter ſe diſferant virtutis tum robore tum infirmitate, naturali item temperamento & morbi ſp̄cie, atq; antecedēte conſuetudine, ſi ad ea reſpexeris, poteris artificioſe: {tum magis tum mi- nus animaduertere}, ſi videlicet vel oxymelite, vel melicrato ægrum regere debeas, aut ſolam aquā bibendam aduſq; coctionis notas dare: aut ptiſſanam, aut ptiſſanæ ſolū tremorē: deinde ſi biſ & ſemel die. In vicitu vero tum magis tum minus per ea quae dixit coniūcere oportet. Nam ſi ægrum ptiſſanæ tremore indigere cōperias, iam tibi conſtat quāntū de eo ſi propinaturus. Cō- ſimili modo de oxymelite, melicrato, & aqua. Verum quo modo ad generis vicitus inuentio- nē operare pretium eſt ut cognoscas an robusta vel infirma ſit laborantis facultas, quo item diebus morbi coctio futura ſit, lic & conſiderandū quantum vel robusta vel imbecilla fuerit. Nempe in virtutis tum robore tum imbecillitate magis & minus valde diſcrepan. Sic morbi quoq; diſcri- mina diſferentiasq; coniūcere oportet. Neq; n. ſatis eſt cognoscere q; pleuritis, vel peripneumo- nia ſit, ſed & qualitatem ea ſit cognoscere oportet in dolore, febre, & ſputis. Nempe pleuritidum quae cum dolore ſunt, aliae qdem magis, aliae vero minus tales exiſtunt. febremq; vehementem habent tum magis tum minus particulares pleuritides. Cæterū non parua eſt in ijs quae expu- tur diſſerentia, vt in prognostico eſt diſſū. Cum igitur particulaſt in diſſis diſſerentis varient ægi, fieri nequit vt in Empiricorum appellatis ſyndromis reperiatur diſciplina. Neq; enim eo- rum qui in virtute coperiuntur exceſſuum diſſerentia ſcribi poſſunt, neq; febris veheſementia, neq; ſputorum quantitas, neq; in particularibus coloribus, diſſimilibusq; eductionibus magis minusq;. Verum cuiusq; rei virtute intellecta, oēs inter ſe cōparare, ſummarūq; vnam ex ipſis colligere oportet. Qua qdem in re tum meliores tum deteriores reperiunt medici, quanq; eadē diſiſerent. Nempe qui per ſpicaci magis poſſent ſēnsu, ijs qui hebetiorem habent, euadunt pro- batiores, laboris item amantiores ſequioribus, exercitationesq; minus exercitatis: atq; qui me- moriam tenaciorē habent, ijs qui minus ea valent. Ex particularium igitur omniū virtute col- ligere in vnam ſummarū vniuersam vicitus formam ſingulorumq; ciborum quantitatē com- modius eſt. Nam imbecillitas ſapius qdem, ſed paulatim cibandū indicat. Fidemq; rei huic facit q; æger biſ cibari ſuetus ſit. Facultatis aut̄ robur contrariorū indicat. Nam ſi in hoie ſemel ciba- ri ſueto videat, ſemel ipſum cibare oportet: quod indicant ambe coniecturæ. Sic & corpus bene diſſilabile ad cibationem ſtimulat. Quod ægre diſflatur, ad contraria agit. Quod item tenues ha- bet ſuccos, id cibandum indicat. Quod his non conſtat, contrarium cononſtrat. Atq; in ſingulis quae diſta ſunt, magis minusq; proportionaliter ſibi & auxiliorum vſum tum auget, tum remi- tit. Sed de huiusmodi, omnia in methodo medendi deinceps & ordine ita exarata ſunt, ut tum ci- tillime coniūcere, tum facililime ad memoriam reuocare poſſit: fieri ſiquidē nequit vt libro uno plenī bene oia ſcribat Hippocrates, atq; ordine doceat, præcipueq; cū ipſe primus horū inuen- tionem ſit molitus. Qui tñ hec ab Hippocrate tum tranſuerſim tum inordinate ſcripta diſiſerent, totamq; ſuam vitā in eam quae ex operibus doceatur meditationem exercitationemq; deuoue- rit, is & lucem & ordinē doctrinā adiūcere poterit. Quod ſi & pluribus libris fecerit, quanta fu- tura ſit claritatis eorum quae docentur exuperantia, liquido patet. Nemo ergo vitio verterit ſi hoc in loco cōfundatur Hippocrates ſcoporum multitudine affatim circuſeptus. Nam ſi q; par- ticulaſt horum vnuquodq; à nobis in methodo medendi demonſtratum ſit intellexerit, atq; ad illā translatus laborioſe ſingula diſiſerit, ea ſane qua nunc incoſpoſite inordinateq; dicuntur, liquido cognofcer: ſpeculationemq; in ipſis artis operibus exercens veritatē ipſius laudabit.

λογισμῷ.
ratocino

Ciborum autem adiunctioni intendendum multo minus: ſubtrahere uero omnino ſe per numero expedit, cum æger ſufficere poſſit donec morbus matureſcat.

H

Quoniam vicitus cuiusq; ſpecies ex ijs quae anteā dixit inuenitur: atq; inde quae in ante ſcripta diſſectione referuntur, coniūcere operę pretium ſit, vt in ſigulis vicitus formis quātitas reperiatur, praesenti

A præsentī dictiōe, Ciborum aūt adiectioni intendendū multo minus, prorsus vēro subtrahere sē penumero expedit; cognoscens præsidiorū singulorum quantitatē artificioſa egere coniectura, artificioſe aūt coniūcere viri eſſe, qui vires omnium quæ in arte ſunt didicerit, memoriae mandauerit, atq; diligentia omni adhibita ſeſe in operibus artis exercuerit, pauciq; tales existant, iure optimo quæ præſenti inquam dictione reſeruntur adſcriptiſit, in quātitate ipſa ad id quod minus ſit procedendum eſſe magis, q; ad id quod exuperat, vbi quis a iusto modo abſcedit, admonens. Nempe quod plus eſt, exuperatq; noxas interdum inemendabiles facit. Verū quod minus eſt, facile emendatur. Nempe ſi virtus elabi videatur, cibi exiguum ministrare poſſumus. Verum ſi in ventrem absorptus fuerit cibus, quod rediſt superfluitq; ſi aliaſ, multo magis in acutis morbiſ, tollere eſt difficile. Nempe prorsus subtrahere ſepenumero expedit, cum eger ſufficere poſſit, donec morbi vigor ad maturitatem perducatur. Rursum præfatae dictionis partem hanc aſſumpſit nos familiaris huius ſcopi admonens, qui tum hic, tum in Aphorismis habetur. Nempe ſi æger ad morbi vſq; vigorem ſine cibo ſufficere poſſe videatur, in omni ciborum abſtinentia eum & potu ſolo moderaberis, cum tibi videbitur neceſſitas.

38 Quibus autem id faciendum sit scribetur.

B Quod prædixerit Hippocrates cōmonstrata vniuersali victus ratione in hoc libro se trāsitus
rum ad cæteras omnes acutas ægritudines, liquido constat. Veruntamen opus huiusmodi non
reperitur. Nempe quæ in hoc libro à balneorum consideratione extant, si quis veluti in typo ab
Hippocrate ad futuram memoriam scripta, in domo reperiens post viri mortem depropst:
forsitan ratione quidem hoc fecit, veritatem ut liber, digna Hippocratis mente non sunt sicuti
meq; ea quæ de morbis & affe ctibus inscripta sunt, quanq; multa in his bene scripta sint. Sed sup:
ea re in ijs quæ in ea scriptæ sunt expositiones disceptabimus.

39 Multa autem & alia ijs que dicta sunt, germana quis scribere potest.

Rursus ad eum reuertitur sermonē, quem multis certum ratumq; fecit exēplis, mutationem consuetudinis languentibus noxam afterre demonstrā: sed qm̄ à sanis in eos transiit, ob id quæ similia sūt & cōgruētia bene n̄d ēlāphiσμένα, i. germana, dixit. Quod aut̄ postea dicturus est, sermo- nis huius testimonīū existit, quanq; non simile, non congruens, nec germanū, vt ipse appellauit, sed id quod peruestigā. Patebit aut̄ tibi mens Hippocratis in sequentīs dictōniis expositione.

40 Hoc autem uerius efficaciusq; testimonium. Neq; enim f;rei de qua plurimus factus est sermo germanum existit, sed res ipsa commodissimum est documentum! Nempe quidam per morbi acuti exordia eodem quo laborare cœperunt die, comedenterunt, alijs postero die: alijs quidam, alijs cyceonem sorpserunt. Sanè hæc oīa deterius quidem habent, q; si modo alio cibaretur quis; sed que hoc tempore peccata sunt, ea minus multo ledunt, q; si primis quidem diebus, uel duobus uel tribus uasa quis integre exinanierit, mox quanto nel quinto talia ministraverit. Sed sanè deterius aget qui omnibus uasa ante exinanierit, & sequentibus quibusdam diebus ita pauerit prius q; morbus maturus reddatur. Nempe hoc pæcto mortem plurimis liquido affert, nisi morbus omnino beneficis sicut. Quæ uero in principio committuntur delicta, ea non similiter his domantibus renituntur, sed facilius domari possunt.

D Ante ab ijs quæ bene valentibus ex consuetudinī mutatione cōtingunt, ad languentes ipsos per similitudinem transiit, transiturus autē & nunc, atq; ipsum quod nunc instituitur ferē ita habere est demonstraturus. Sed quidnam id fuit, sane q; neq; à principio neq; primis diebus fame cruciatos ægros cum prope vigorem iam peruererint, replere oportet. Tota autē dictione vule ostendere grauiorem cōtingere ægris offendam cum prope vigorem erratum sit, q; si in morborum principijs quippiam delinquatur. Inquit enim, Quæ hoc tempore peccata fiunt, ea minus laedunt, q; si primis diebus, duobus vel tribus vasa quis integre exinaniverit, mox quarto vel quanto ministrauerit, atq; etiā anteq; morbus (vt graco verbo inquit) πτεριγος reddatur. Quod πτεριγος appellat πτεριμένεις, i. quod ad maturitatem est perductum, palam est omnibus. **Morbos** præterea évidens, i. beneficos dixit, non quidem maleficos, morososq; quos Græci κακοθεραι vocant: sed ἐπτετάστους, i. qui facile ad bonum vergunt. Scimus etenim veterum multos ita vti dictione, ita quoq; & Hippocratem, vt alibi est dictum.

41 *Hoc sane maximum reor esse argumentum quod primis diebus quavis sorbitione nequaquam eos priuenit, quibus futurum est, ut paulo post sorbitonibus quibusvis uti debeant.*

Sermonem hoc in loco eum dixit, quem s^epius ante^m demonstrauit, nutritre scilicet sorbitio-
nibus, ab initio præcipiens eos qui ad vigorem usq^{ue} sufficere citra ptisanę ingestionem nō pos-
sunt. Nam eos prope vigorem nutritre compellemur, cum ad tenuorem vicitus formam, etiam
si ante plenius cibati fuerint, transeundum sit.

42 πυθενόθεν ergo qui hordeacea utuntur p̄tissana male passeros & ḡros ignorant si duobus uel tribus diebus antea extranis natis sorbere incipiunt; neq; etiam qui solo utuntur cremore p̄ sorbentes lēdentur, intelligent, cum sorbi-
Septima Classis. qqqqqqqq ñ tionem

Gal.in lib.Hipp.de vict.rat.

tionem non recte inchoabunt. Sed tunc cauent magnamq; intelligunt lesionem si æger ante mutationem morbi ptif-
fanam hordeaceam sorbeat tremore uti suetus. Quæ omnia efficaciter demonstrat medicos non recte ægrotantes ad
cibos inducere, quippe qui uasa exinaniant in his morbis in quibus sorbitio exhibere oportet, Et contra in quibus
exuasorum inanitione ad sorbitiones transendum non sit, in illis transeant.

Aduerbum hoc πνευσθεν vel παρτελως, id est omnino, vel ἐξαγχης. i. ab initio Hippocrati
indicit. Nam medicos ignorare ait quando primum vel ptifsanam vel tremorem ægrotis dare
oporteat, bene tamen scire si ante morbi coctionem ptifsanam hordeaceam dederint, se ægrum
lesuros. Sequentem autem dictio huius seriem, quæ eadem ex eisdem saepius dictis ostendit,
de industria ob claritatem transgrediar.

Et plenius: ἀπαρτι id est exquisite, Interdum autem hoc tempore, interdum & alio ex uasorum inanitione ad
sorbitiones transeat, ubi saepius à sorbitionibus ad uasorum inanitionem transire expedit, si ita ex morbi acerba-
tione contigerit. 43

ad p. aph. 20. et
i. Thumorib. 13.

Hoc aduerbum & παρτελως & apud autores atticos, & apud Hippocrate pro ἀπηρτομένως καὶ
ἀκειβῶς, i. exquisite & absolute. In quo significatu & nunc est usus Hippocrates, demonstrare
volens medicos in illo maxime tempore permutare viatus rationem ex abstinentia cibi ad sor-
bitiones, quo ad abstinentiam accedere oportet. Atq; hinc manifestissime ostendens cum mor-
bi vigor adest, tunc tenuissimo de necessitate viatu esse vtendum.

Interdum aut & cruda tum à capite tum à thorace attrahuntur biliosa, uigilieq; his accidunt, ob quas non coqui-
tur morbus, per tristeis & amari bi sunt, despiciunt, incerti & discurrentes lucis splendores oculis obviciuntur, aures im-
plentur sono, frigent extrema, urinæ crudescunt, spuma temuia sunt, salsa, colore syncero, & exigua, sudores circa collum,
anxietates inquietationesq;, & spiritus offendit in ea quæ sursum sit aeris latrone frequens, uel magnus, supercilia
quandam amplificantur, deliquia animi sunt, uestimenta à peccatore refectiones, manuum tremor, atq; interdum labii
inferioris concusso. 44

Vniuersa hæc contingere his ait qui perperam cibati sunt à medicis, qui primis diebus exlic-
atos ægros die tertio vel quarto vel quinto vel sexto repente ad edulia non peracto morbi vi-
gore permutauerunt. Quasi peracto morbi vigore, conuenienter eos viatum permutesse dicat.
Quod igitur dicebat: Permutare quidem oportet sanoru viatum in morbis: neq; tñ temere id agen-
dum, iam patere ex prædictis arbitror. Nempe cū una qdem corporis conditio salubris sit, altera
qua à morbi initio ad statum vscq; extenditur, mox & tertia qua ad perfectam vscq; morbi solu-
tionem sele prorogat, deinde & quarta qua totius conualescentiae tempus adusq; sanitatis habi-
tum occupat: in nulla harum quatuor conditionum permutations viatus insigne facere oportet, nisi prius in alteram conditionis speciem peruenientum sit. Qui igitur ægros morborū exordijs
in omni ciborum abstinentia seruant, si ad vigorem vscq; talen viatus speciem seruare possint,
nemo eos culpauerit. Quod si facere non poslunt ob interlauentes ægrovum vires, & perperam
inedia vtantur περιπολεῖσθαι. i. exsiccantes ægros palam est omnibus. Hoc aut verbo absti-
nentiae importunitatem plus iusto corpus exsiccante evidenter demonstrat, vbi etenim quo tē
pore prope vigorem tenuius cibandum fuit, in eo cibum dare coacti sunt, & ægros abstinentia
immoderate exsiccauerint est manifestum, quod vocatur ταρπιχθεδω. Ob id igitur modo cibam
di huic succedere ait symptomata multa, & praua: quæ omnia continuata recenset serie à biliosis
crudis exorsus. Nempe biliosa cruda ita appellavit, quoniam & excremetorum coctionem ap-
pellat, quanq; mutata nutrire non poslunt, vt bilis vtracq; & qui græce ιχθες dicuntur. Verun-
tamen quoniam & talia euincit natura, cocta quidem vocare confuevit Hippocrates excremen-
ta huiusmodi, quæ à natura ipsa euicta sunt: cruda vero, quæ non sunt euicta. Ob id & pus in
phlegmonis quæ concoquuntur fieri ait, quanq; pars nulla ex pure alimoniam accipiat, velutia-
cepit ex crudis appellatis humoribus & pituita, quæ reliquum perfectionis allecuta & prorsus
cocta, corpus nutritre possunt. Sic igitur biliosorum humorum concoctio existit, vt sanguinis
qui in phlegmone est in pus migrans: intelligentibus nobis coctionis nomen in suo vniuersaliore significato. Etaut vniuersalius, cū natura causis fortior fuerit, permutteritq; eas pro suo
robore. Quæ igitur veluti in corpore inanimato putrefuscit, nihil ad permutationem cōferente
innato calore, à concoctionis ratio degenerat. hoc sane aliqui cōtingit etiā aquosis his humiditä-
tibus quæ per vrinas excernuntur: atq; ob id crudas vrinas concoqui dicimus, quanq; corpus ex
coctis vrinis alio poslit. Generali preterea hoc concoctionis significato vitimur, cū vel catarrhū,
vel coryzā, vel fluētes ex his humiditatibus (græce ichores) vel eas q; ex oculis manant, aut crudas
aut coctas esse dicimus. Ad hunc modū & bilē vel crudam, vel incoctā, vel coctā esse pronuncia-
mus. Cruda qdem flava admodū est & acris & male olens: cocta aut & pallidior & minimū ma-
le olens. Bilem igitur crudam incoctamq; ait ad ventrē de necessitate confluere, quæ ob prauam
viatus rationē tum ex capite tum ex thorace trahit, idq; cum fame ægros necat, nullo utili so-
latium ventri præstantes, atq; cum ex inedia ad validos cibos prope vigorē int̄peliue trāseunt.
Recenset

A Recenset deinceps & symptomata alia, quæ praua ob viictus ratione oriuntur. In primis quidem vigilias, quæ longa inediā, cibosq; int̄ pestiū exhibitos consequuntur, quæ vtrōq; nomine mediorū culpant viictus rationem. Qz autem vigilias morbi cruditas consequatur, manifestū sane existit, si somnos concoctio sequi debeat. Ceterū pertristes inquit fiunt, tum ob longam inediā, tum ob validū repentinum alimentū quo grauatur venter, grauatusq; languidos reddit & mox stros. Adde q; & amaros fieri ait quippiā manifeste prefato consimile astriens, vt etenim sunt qui ex melancholia tum languidi tū mœsti sunt, sicut alij quidē saepius acriter excandescunt, tanq; collecta aceruataq; in stomacho bile. Vel sanè cum amaros fieri ait, eam quæ in ipsorum ore ex calibile fit amaritudinem indicat. Desipientiae & acres excandescencias & bilem amaram vel in stomacho, vel in cerebro collectam, consequi nate sunt. Incerti & discurrentes lucis splendores qui μαργαρίτες græce dicuntur, oculis fiunt propter eam quæ à ventre est exhalatione euaporationē, & propter sanguinis qui ad caput fertur, abundantiam. Atq; ex his prius quidem ex importuna interdum fit ciborum oblatione, alterum autem propter {eam quæ cōmodo futurā fit} sanguinis eruptionem, vel delirium imminens. Consimiliter & aures sonis implentur, tum proptereos qui à ventre sursum feruntur vapores, tum propter flatuosum spiritum qui in capite ipso oritur. Corporis extrema quæ sunt pedes & manus prompte perfrigere, male habente ventris ore haudquam nos præterit, ut pote cum vel propter longam inediā vehementer à mordentibus mordetur ichoribus, vel ob importunam cibi multitudinem grauatur. Patitur autem vtrunq; ex ea quæ antedicta est viictus ratione, qua medici egros primis diebus vbi fame exsiccauerint, tunc cum tenuiter cibandum sit, ad frumentacea repente transeunt edulia. Ob eadem rationem neq; corū qui ita cibā, vīnae concoquunt. Nā in ea quæ citra vel tremoris pīsana, vel melicrati, vel oxymelitis oblatione fit exsiccatione, sanguis pītrea q; nō purgeat biles, propter q; subita ad eculēta pīmutationē venter cōpatiente ipsi facultate vitali grauat. Quo fit, vt stomachicæ appellatae syncopæ manifesto nobis indicet facultatis vitalis ad os ventris con dolentiā. Hoc siq;dem tum magis tum primū ex importunis tum inedijs tum cibis affligit. Ob id igit̄ sputa, & tenuia, & salia, & parua, & synceris coloribus fieri ait, & sudore circa collū dūtaxat, & anxietatem inquietationem q; & spirandi difficultatē. Crudus siquidē manet morbus pīpter excessum vtrunq; longam, s. inediā, & int̄ pestiūam cibi oblationē. Cruditatē aut̄ ipsam consequuntur sputa cōmemorata, veluti & circa collū sudores, virtute & ob famis anginā languescent, & ob cibū int̄ pestiū grauata. Cōsimili modo & anxietas inquietatio q; (quam græce ανοσία dixit) cōmune est vtrisq; symptoma, & ob longā inediā quæ vētrem ichoribus replet, & pīpter cibū int̄ pestiūum grauante. Verū spirandi difficultas qua spiritus offendit, ob cibū int̄ pestiūum magis, q; ob indigentia orit. Nam spiritū inter inspirāndū & offendere & quasi sisti, tum angustiae tum conuulsionis est nota. Latio etenim quæ sursum fit, expīrationē facit. Talia aut̄ spiritui contrariū tum in secundo tum in tertio de morbis populariter vagantibus libro percurrit inquiens, Duplex intro reuocatio velutia spirantibus. Quod aut̄ ob cibū int̄ pestiūum & nō pīpter penuriā talis fiat spirādi difficultas, patet ex sermone Hippocratis spiritū frequēte vel magnum valde pīperam cibatis fieri asperentis, fit liquidē frequēs magnusq; actio in angustiā septo transuerlo ab ea quæ in ventre continet almonia, cum videlicet neq; viicta, neq; probe à ventre confecta in flationē parit. Nempe tunc ob septiū transuersi angustiam de necessitate minus aeris inspiratur, quanq; thorax se ea qua prius dilatabat, dilatatione dilatet. Ergo quod nūcaeris deest priori qui inspirabat, id deficientē diminutumq; respiracionis vīsum facit, atq; ob eam rē animal maiore respiracionē facere cogit, vel frequentiore, vel vtranq;. Dicū aut̄ abunde de spirandi difficultatibus oībus, in libris de spirandi difficultate, vbi tum harū tum aliarū difficultatū spirādi causas vñā cum propriis demonstrationibus scripsimus. verum quantū ad pīfens attinet, hæc sufficiunt. Ait pītrea & ex pīpostero cibatu supercilia quadantenus amplificari. Verū id bifariam scriptum inueni. Nempe in qbusdam exēplaribus singulari numero ad hunc modū, ὁφέλειος μετέχουσα. i. supercilium quadantenus amplificat. In cæteris vero pluraliter ὁφέλειος μετέχουσα. i. supercilia quadantenus amplificantur. Significatur aut̄ ex ea dictione supercilia ipsa quodā modo euelli vel retrahi. Fitq; illud interdū quidē ambobus conuulsive intentis, aut altero solo: interdū aut̄ & altero resoluto. Deinceps ait deliquia animi fieri, sermonē ad symptomata referens, per quæ & vestīū reiectiones fiunt ardētibus ægris. Interdū aut̄ & manus totæ tremulae sunt, plus auctō malo. Concussio aut̄ labri inferioris, morbum in ore ventris vehe mentem significat. Quo fit, vt tale symptoma, vomitus acrum humorum etiam signū sit.

E 45 Hec si ab initio apparuerint, delirium graue uehemensq; indicant, atq; magna ex parte ægri moriuntur.

Dicta, inquit, symptomata si circa morborū initia fiant, deliriū uehemens denunciant. Morbi initii nunc intelligere oportet totū illud ips in quo nondū existunt concoctionis nota. Nempe & in libris de iudicatiōibus dictum est nomen principij & plura significare, & significatū quod nunc dictum est, secundum eam esse diuisionem qua morborum tempora diuidentes morbos ipsos constare ex principio, augmentatione, vigore, & declinatione asserimus. Ergo cum nuper di-

Gal. in lib. Hipp. de vict. rat.

Eta symptomata vbi prope morbi vigorem apparent, iudicationem futuram cōstantibus in E morbis significant: sanè si in principio fiant, iudicationem quidem non denunciant (nihil enim in principio iudicari potest) sed delirij notæ existunt. Scriptum autem & de his abunde in libris de iudicationibus, ex quibus totum qui de his est sermonem perdisces, cum illuc plenior sit, quam ut nunc omnino percurrere oporteat. Sed sanè ut in cæteris, ita in his summatim perstringere fas erit. Ergo quoties natura ad excretionem properat, effatu digna in corpore fit permutatio, ob quam symptomata huiusmodi cum manifestissimis coctionis lignis apparent. Verum cum perturbatio efficitur similis, nullo à natura ad infestantium excretionem facto apparatu, tunc periculosisimum est signum. Dictum iam & cæteris in commentarijs de κρισιμοις. i. iudicatiōnib[us] symptomatis qualia sint, & quænam ipsorum natura, & quoniam pacto ab his differant quæ ἐπιφανόμενα. i. superapparentia vocantur, quo in genere erunt & ipsa coctionis signa. Nempe & prognosticum, & librum de humoribus, & aphorismos iam ante hunc librum exposuimus. Sanè semper de his eadem dicere ad eum spectat qui prolixioribus vti confueuit sermonibus.

Qui autem evadunt, hi uel cum abscessu uel sanguinis è naribus fluxione, uel puris crassi expuſione evadunt, 46 neq; aliter.

Cum mori ipsos dixit, non simpliciter dixit, sed magna ex parte ascripsit. quapropter quoniam pacto quidam ex ipsis seruentur dicere sequens erat. quos nunc percurrit, atq; quosdam ex ipsis seruari ait, aut per sanguinis eruptionē, aut per abscessum, aut puris abunde cocti expuſionem, simul ex ihs quæ retulit egros in huiusmodi symptomatis incurrere, ppter multitudinē significās.

Neq; sanè horum ita peritos video medicos, qui ut oportet dignoscant eas que in morbis contingunt virium imbecillitates, & que ob uasorum inanitionem, quam κενεγγένη dicunt, & que ob aliā quam piam irritationem, & que ob ωδον, i. labore, & que ob morbi acumen fiant. Quas item natura nostra habitusq; singulis affectionum species omnigenas fabrefaciat, quamvis cognite salutem, & mortem ignorare ferant.

Quoniam de ægri robore imbecillitateq; sermonem fecit, qui virtus scipi sunt non contemnendi, ob id nunc sermonem de imbecillitate repetit, quibus haec fiat modis medicos cognoscere debere assenserens. Nempe q; quædam fiat ob vasorum inanitionem, hoc. n. vocabulum κενεγγένη id proprie & primum significat, atq; ob id αστιτα. i. ciborum abstinentia, κενεγγένη. i. vasorum inanitio, saepius dicitur tanquam nomine generis etiam in specie homines omnes vti cōfuerint. Alia autem ob πτυον. i. laborem seu proprie dictum ut dolori idem sit, seu ut quispiam dixerit, malam affectionem, qua in acutis morbis ægri male afficiuntur. Aliam præterea virium imbecillitatem ob aliā quandam fieri ait irritationem. Nam si morsum dixit vel ventris, vel intestinorum, symptomata hoc sub dolorum nomine intellexisse est visus. Verum si vel vigilias vel oris ventris affectionē dixit, non proprie interpretari visus est. Ceterū virtus exoluī videtur, & ob euacuationem quæ sit vel sanguinis eruptione, vel vomitu, vel defectionibus, vel sudoris bus, & ob longiorem q; pars inediā, & propter tū dolorē aliquem, tum vigilias, tum assiduas purgandi vētris fuscationes, atq; etiam cū os ventris ita affligatur, ut syncope insulteret, idq; vel ppter grauantis alimonie multitudinē, vel cōtristante quandā ipsius qualitatē. Nēpe hec virtutē celerrime tū fatigant, tū dissoluunt. Oēs igit̄ hæ viriū offendit ex manifestis qdem fūt causis: sed aliae ex non manifestis, ut quando absq; manifesta vacuatiōe, vel vigilijs, vel inedia, vel oris vētris sensu ægri ad tales substrahuntur corporis affectionem, quam in prognostico scripsit Hippocrates inquiens, Naris acuta, oculi concaui, collapsa tempora. & quæ deinceps sunt. Nam hæ corporis cōditio fit quidem & ob vigilias, & ob excretionem quandam quæ multa sit, & ob inediam fit quoq; & absq; his, cum scilicet corporis humores tenues fuerint, & febris calor acris. Nam euaporantur qui ita extenuantur, per insensibilem euacuationem. Cæteris aut & ob intēperaturam principiis vnius partis affecta imbecilla redditur facultas. Primum siquidem affecta prima laborat, deinde affectum participatione & reliqua duæ. Didicisti, n. vnam esse in nervis facultatem, quæ principiū habet cerebrum: alteram in arterijs, cuius principiū est cor: tertia vero in venis, quæ ex hepatē oritur. Ergo partis vnius quœvis illa fuerit, intemperatura propriā interdum facultatem violauit, cui affectus participatione consenserunt reliqua duæ facultates. Velocissimæ igit̄ fiunt, corde paciente mortes. Deinde, affecto cerebro: Tardissimæ ab hepate prodeunt. Vt. n. partes hæ intemperie affecte maximam facultatis vnaqueq; suę offendam incurrunt, sic partes aliae principio vnicuiq; proprius appositæ, si fortis intemperatura affligatur, virtutū principiū ad sympathiam agunt. Sunt etiam aliae quæ quamvis proprius appositæ non sint, ob generalem tamen cōunitatem, vel quādam affectiōis proprietatem partes virtutū principiū continentur. Os igit̄ ventris cum vitalem facultatem ad sympathiam agit, syncopas infert: cum vero propriæ animalem appellatam, desipientias vel conualliones. Vterus interdū & apneas (quas nō spirations prop̄e dixeris) interdum & neruorum contentiones. Verū singula hec cōpleta ab omnibus cognoscuntur. cum vero fiunt, & sensim increscunt, medicos plescosq; latent. Quæ sanè non quādo ob magnitudinē auxilio iam carent, tūc cognoscere oportet, quod

A quod vulgo contingit, sed & cum incipiunt, & fiunt, hoc siquidem optimū est. Quòd si fieri non potest, saltem omnino cum increcent, dignoscere est necesse. Sanè hæc omnia Hippocrates significasse mihi videtur cum inquit, Quas item natura nostra habitusq; singulis affectionum species omnigenas fabrefaciat, ybi naturam, temperaturam dixit, & habitum, struem corporis compositionemq;. Nam qui raram ex natura habent texturam, tum euaporātur, tum syncopam facile incurunt. Qui vero densiore constant textura, hi in morbis cunctantur, diutiusq; trahunt. Sicutem & partes nonnulli habent, alias quidem frigidiores, alias calidiores, alias sicciores, & alias humidiores: sed omnibus peculiare temperamentu malum.

48 *Maius* siquidem malum est, si ob laborem, morbiq; acumen imbecillitate porrexerit quis potum uel sorbitiōnē copiosorem, uel esculentum, imbecillitatē eam ex uasorū inanitione contigisse arbitratus. Neq; sanè calumniam effugere potest qui imbecillitatum ex uasorum inanitione non cognoscit, premisq; iustificat. Periculum siquidem aliquod adserit erratum hoc: sed longe minusq; alterum atq; risu dignum magis. Nam si medicus aliis uel plebeius egrum interuiserit, cognoveritq; ea quae contigerunt, dederitq; tum edendum tum bibendum quod alter uertuerit, is presidium attulisse existimabitur. Talia autem maxime ab his uituperantur hominibus, qui res ad nigrum uertunt. Nempe qui egrum interuisit uel medicus uel plebeius, hunc à mortuis suscitasse ipsi uidetur.

B Ob dolores scipio egrū sine pulsū reddunt, animiq; deliquia incurrit, & nullo pacto queunt moueri, similiter & ob morbi acumen. Sunt aut̄ qbus non ob hæc virtus offendit, sed ob vasorum quomodolibet factam euacuationē. Siue igit̄ ob euacuationē sensui manifestā, siue ob eā quę p halitum fit discussiōnē, siue ob inediā virtus labefactata fuerit: q; ita affecti sunt, cibari quācelerrimē expostulant. Contra aut̄ qui ob dolorem vel morbi acumen parū valentē habent facultatem, vacuatione interdum magis q; repletiōne indigent. Immo qui cibum his exhibet, maximū affert detrimentum. Verum qui ex valorum inanitione imbecilles sunt, hos siquis diæta tenui preseruit, laetet: quanq; non æque euidenter vel celeriter. Ignorare autem si æger sit imbecillus ob vacuationē magis, q; ob dolorem, probro vertitur. Cætera dictionis manifesta sunt.

49 Scribemus autem & horum notar, quibus singula dignosci possint.

Rursus & hic pollicetur Hippocrates, sicuti paulo ante, se librum alium quendam de morbis acutis scripturum.

50 Similia porrò ijs quae uentriculo contingunt, hæc existunt. Nam si corpus totum præter consuetudinem, ualde quieterit, non confessum robustum magis euadit, q; si diutius ociatum ad labores sepe repente uerterit, uile profecto quippiam euidenter operabitur. Ita de cæters corporis partibus est existimandum. Nempe et pes et ceteræ quae articulis prædictæ sunt partes laborare non consuet, & tale quippiam patiuntur, si post longum tempus ad laborem subito se uerant. Hec patientur oculi & dentes, & quicquid huiusmodi est, præterea & cubile præter consuetudinem & molle & durum, laborem facit. Quod item sub diuo est, præter solitum corpus induitat.

Rursus ad institutum redijt Hippocrates absoluto de virtutis imbecillitate sermone, quę per digressionē à pristino mutauerat instituto: aitq; quae nūc dicunt similia quodā modo esse ijs quę ventri cōtingere dicta sunt. Nēpe scopum dirigit ad summā eā, in qua mutationes subitas magnā languentibus affere laesionē astruit. Quod aut̄ hoc in loco scribit, huiusmodi est. Ut venter diutius oīno ociatus functionem perficere probe non potest, nisi prius sensim rursus assuescat, & suras exerceat operationes: sic corpus vniuersum singulæq; alię partes. Deinde & partes aliquas serie cōtinuata nominatim cōmemorat, atq; tandem in fine sermonis, eius quae in cubili fit mutationē mentionē fecit, astrarē sanè & nūc qd' ab initio de cōsuetudinis mutationē est ab eo ppositū.

51 Sed horum omnium exempla quædam perstringere satis fuerit. Nam si quis ulcus neq; admodum insigne, neq; ualde uile in tibia accepit, fueritq; homo cui neq; admodum difficulter neq; ualde prompte ulcerā sanentur, & prima primis die ita tacens curetur, ut nequaq; crux tollat: hoc sanè paſto sine inflammatione manebit, citiusq; sanitati restituerit, q; si delinquens curetur. Quod si uel quinto uel sexto uel superiore adhuc die surixerit, atq; ambulare uoluerit, magis laborabit, q; si statim ab initio errans curatus fuisset. Porrò si et multum & repente se fatigauerit, multo magis laborabit, quam si ita curatus in diebus huiusmodi sepe lassum & defatigatum reddiderit.

De repentina adhuc mutatione vt antea in exemplis alijs, ita & nunc in vlcere sermonem facit Hippocrates. Nam si quispiam (inquit) vlcus in tibia habens, qui & quiescere & facere indigeat, quiete ambulet (hoc enim significat πλανάμενος ἐν τρέποντο, id est peccans curetur) laetetur quidem prorsus: sed minus quam qui primis diebus quieuerit, deinde subito circa quintum vel sextum: vel diem etiam ἀντέρεω, id est superiore, tertium videlicet vel quartum ambulare cōperit. Sunt qui vocabulum hoc ἀντέρεω de sequentibus dici diebus existiment, septimo scilicet, octavo & nono: quod si ipsis placebat, eos principiūm dictionis per & ξ. ἔξοτέρεω & non ἀντέρεω per & v scribere. Quale aut̄, inquit, tale fieri nō valet vlcus, vt scilicet non parum laetatur qui septima vel octaua ambulare cōperit, & antea quieuerit. & grauiter dixerim, si vlcus magnū fuerit, vellaborans fuerit vnlus ex his quibus vlcus difficulter curatur: & magis, si ambo Septima Clasfis. qqqqqqqq iiiij concurrerint.

Gal. in lib. Hipp. de vict. rat.

concurrerint. Quod si neq; vlcus magnum fuerit, neq; laborans fuerit cui difficulter vlcera eu-
tentur, curetur autem conuenienter (nam & hoc subaudire in sermone oportet) iam circa septi-
nam aut octauam bene habebit, & ambulare citra laesionem poterit. Quam ob causam sermo-
ni adfecit, Vlcus neq; admodum ē pīkōgov, id est notabile insigneq;, neq; valde ē vīles, id est vīle.
simplex scilicet ē vīles vocans. Fueritq; item homo cui non admodum difficulter vlcera sanentur.
Is siquidem, si nihil aliud circa curationem erratum sit, solum quia mediocriter ambulet & ince-
dere indigeat, laedetur quidem: sed non ita grauiter ut si primis diebus quieuerit, mox tertia vel
quarta vel quinta vel sexta ob ambulare cooperit. Qui vero magnum vlcus habuerit, & is sit cui
difficulter vlcera sanentur, non mediocriter, sed grauiter laedetur ab initio obambulas, veluti &
qui paruum vlcus habuerit, atq; is sit cui faciliter admodum vlcera sanentur, si primis diebus quie-
uerit, & quinta vel sexta ambulare cooperit, non grauiter, sed mediocriter offendetur. Ob eam
figitur causam Hippocrates de eo qui in vitraq; oppositione medium obtinet, sermonem fecit.
Oppositionem autem dicit tum eam quā in magno & paruo vlcere compertitur, tum eam quā
homo dicitur ḥυστελκής & ἐνελκής, i. cui tum difficile, tum facile vlcera sanantur. Quod nihil refe-
rat dicere insigne vlcus, vel magnum, palam est. Nempe ē pīkōgov, i. insigne, propter loci naturā
tale fit. Magnum vero virtute perficitur etiam si sectione corporis paruum sit, vel ipsa sectionis
magnitudine insigne fiat. ē vīles vero, i. vīle, quod simplex est & paruum vel propter loci naturā
quā vilis & abiecta est, vel propter sectionem ipsam paruam factam, dicitur.

Omnia igitur hec inter se subitam omnem supra modum hic & illuc mutationem nocumentum inferre perpe- 52
tuo testantur.

In exemplis singulis praesentis sermonis mentionem facit Hippocrates, quapropter & nunc
in exemplo quod de vlcere facit, idem est executus. Nempe διὰ τέλεος, id est perpetuo, idem si-
gnificat quod διὰ ταρτῶς & ἀεὶ, id est ubiq; & semper.

Multiplex itaq; in ventre est laesio. Nam si ex multa uasorum inanitione repente quid plus insto ingeratur, simili- 53
ter si reliquum corpus diutius ociatum subito ad laborem uebementem se ferat: multo magis ledetur quam si ex
multo cibo ad uasorum inanitionem transferatur. Corpus re uera his cessare oportet, et si ex multa fatigazione subito
ad oculum ignauianq; descinerit. Oportet autem & illis uentrem à ciborum cessare multitudine: alioquin laesio in cor-
pore fiet, corpusq; totum grauitabitur.

Quod primum omnium demonstrare decreuerat, id de subitis in ventre mutationibus fuit. G
Deinde ab hoc ad generalius quod & vniuersalius dicunt transiens, de repentina omni consue-
tudinis mutatioē hucusque percurrit. Nam cum specialiora in generalioribus & particularia in
vniuersalibus contineantur, ventrisq; permutatio cum subita oīum mutatione demonstrata sit,
nunc rursus ad ventrem reuersus mutationum quā in eo sunt differentias edocet. Aitq; longe
grauiorē in virtus mutatione esse laesioē cū: ex multa inedia repente plus modico ingerit, q
si ex multo cibo ad inediā transmutatio fuerit. Simile huic fieri in toto corpore deprehenditur.
Nam minus laedunt qui ex motione ad quietē subito transeunt, q; qui ex quiete ad motionē de-
migrant. Rursus & hoc in loco mutationis intēpestiā emendationes correctionesq;, veluti
& in præmissis adscriptis, quāq; id ad presentem non videat pertinere speculationē. Quā autē
adscriptis, haec sunt, Qui ex motu qdem actionēq; in oīum segniciemq; transeunt, eos ἔλλων,
id est cessare & toto quiescere corpore præcipit, quod idē huic sententiae existit, Vbi fames, la-
borandum nō est. Verum qui ex multa fatigazione ad quietem transeunt, eos pauciora ingerere
iubet, quod est & ventriculum quiescere. Quoniam qui toto corpore nō laborans consueta in-
geret, is multitudinē subalet. Quia efficitur ratione, ut totum corpus grauetur, laboreq; τόνος, i.
labor, nunc Hippocrati laesioē indicat, multis specialibus laesioē genus existens. H

De mutatione que in hac uel illa sit, plurima sum locutus, q; re uera hac nouisse cōmodissimū sit, cum ad oīa, tum
ad id de quod nūc agit. Nam & in morbis acutis ex uasorum inanitione ad sorbitiones trahit. Transundū quidē præ-
cipio ego: sed sorbitionibus haudquaq; utēdum prius, q; morbus ad matutinatem perductus fuerit, aut signum aliquod
aliiud apparuerit, ut in intestinis uacuatorum uel proritatorum, uel hypochondrijs qualia scribentur signa.

Rursus sermonem totum in summam vnam coget Hippocrates. In habentibus quidem si-
militer victum haudquaquam permuteare præcipiens, verum in iis qui ex sanitate ad morbum
transeunt, permuteare quidem non tamen ut ceteri permutant. Deinde compendio quodam vi-
etis scopum in acutis morbis declarauit. Nam si morbus maturuerit, transeundū ad tremoris
ptissimā exhibitionem præcepit: & si adhuc crudus fuerit, non transeundū, nisi forsan sympto-
ma aliquod quod vires prosterat apparuerit, ut vel vacuatio ventris immoda, vel aliud quip-
piam quod priorit. Communi autem proritationis nomine comprehēdit omnia quā quoq; modo
virtute m ad infirmitatem agunt, quo in numero censemant & morbus, quem acris humor
sive in intestinis sive in ventriculo & præsertim ipsius ore parit, & vigilia, & ira, & mœror, &
lumbrici helmintes qui ab intestinis ad vētrem vsc; accēdunt, & cutis totius aut membra aliqui-
ius qui

A ius qui nocte aggrediatur pruritus: ita ut virtus non solum ob irritationē, verum quoq; & propter vigilias exoluatur. Præterea inquit, Vel in hypochondrijs qualia scribentur signa. Nam & ipsa dādam vel nō dādam commonstrabunt alimoniam. Fieri siquidem potest ut intelligatur vtrungq; sed alter, nō magis pro sermonum intelligentia. Nempe præcipiens à ptissana abstinentia ante morbi maturationē, cum scilicet æger sufficere possit, adiecit, Nisi signum aliquod apparuerit vel in testinū vacuotorium aut proritorium, vel in hypochondrijs qualia scribenī: tanq; hæc tremoris exhibitionem ante morbi maturitatē admoneant. Forte hypochondria dicit que vehementer exaruerunt, & squalida admodum existunt. Talia nempe contingunt & mortiferae faciei, de qua in prognostico dixit, Naris acuta, oculi concaui, & collapsa tempora. Nempe is signorum concursus hypochondrium habet ita contractum, vt quempiam ex inexcitatis fallat, tanquam reuolum videatur. Verum contrahi vehementer ob siccitatem, & proper phlegmonem reuelli, idem nō sinit, quanq; exuperans corporis siccitas tensionem septo transuerlo & hypochondrio pariat maiorem. Sed maxime animaduertas distinguisq; à siccitate phlegmonem, & sanatio non vna sit, oportet. Nempe qui hoc ipsum ob phlegmonem habent, tenuissimo egenit viatu: qui vero ob siccitatē, cōtrario, vbi sāpiuscule pauculū exhibemus ptissanę tremore.

B Fortis vigilia, potus cibosq; tum crudos tum incoltos reddit: uerum ea qua in alia fit transmutatio, corpus dissoluit, excoctionemq; & capitū gravitatem parit.

Sæpius existimauit librum hūc in typis repetitum, post mortem Hippocratis esse publicatum. Non fecus etenim quām hoc pacto facta esse videtur inordinata sermonum compositio. Nam q ab Hippocrate inueniebantur exempla: hæc in libro ad fidem vniuersalem scripta sunt, alia quidem in facie, alia ī tergo. Neq; enim vnicuiq; tum adscripto tum addito suum assignare ordinem potuit. Ergo quod ab Hippocrate impræsentiarum dicitur, id manifeste tum incompositum, tū inordinatum existit. Neq; enim hoc in loco ascribendae rei huius occasio fuit, sed certe paulo ante, cum de ea que præter consuetudinem ad contrarium fit mutatione exempla scripsit. Nempe illis adscribi debuit. Quæ etenim ad vigiliam insueta fit mutatio, crudiores tum cibos tum potus efficit. Ad somnum vero multum, eumq; studio quodam acceritum, segnitiem corporis & capitis grauitatem. Si enim dixit ἐφθέτηται, id est excoctionem, & dissolutionem, & capitū grauitatem, verbo uno coniunctam comprehendensq; manifestat roboris evolutionem. Commonstrat autem & nomen ἐφθέτητος, id est excoctionis, qua ob calidam humiditatem fit, non ob siccitatē.

C Nempe vigilia per halitum digerere & siccare, nō que in imo sunt coquere nata est: somnus vero humectare, spiritumq; & effluvia cohíbere. Non igitur absq; ratione in eorum qui plurimū præter consuetudinem dormiunt, corpore halitosa redundant excrementa: atque ob eam rem tota ipsorum constitutio excoctis similiter exoluta redditur.

G A L E N I I N L I B R U M H I P P O C R A

T I S D E V I C T V S R A T I O N E I N

M O R B I S A C V T I S C O M M E N T A R I V S

T E R T I V S.

A R C V M E N T V M.

Exponit uini, mulſæ, oxymelitis, aquæ, & balneorum facultatem.

D



Vibus autem uinum dulce uinosumq; & album & nigrum, melicratumq; & aqua, & oxymeli insigniantur, in morbis acutis: distinguere oportet.

Non incomposite solum inordinateq; verum quoq; & diminute vinorum catalogum fecit. Est siquidem vna ipsorum differentia in colore, Alteram qualitas in gustatu facit, Tertia consistentiam respicit, Quartam odor progignit. Et quin ta in virtute reperitur. Que ergo in colore est, ea albū, nigrum, fulū, & flauum, & rubrum dicitur. Verum cum & alia quæ medium obtineant sint differentiae, sicut in colore, sic in virtute permista reperiuntur. Quæ autem ex vinorum gustatu est differentia, ea in dulce & austero dividitur: & ex his medium, tum quod nullam quæ manifesta sit habet qualitatem, tū quod ex utraq; constat qualitate, præterea & in id quod acre appellatur. Verum quæ in consistentia reperitur differentia, in aquosum secatur & tenue & in valde crassum, & in horū mediū, atq; in ea quæ mediū hoc & extrema interiacent. At fūt eā quæ in odore est, alia qdē boni odoris sunt, alia vero nō boni odoris existunt, sed ferientē qdā & influē nacta sunt